





ch  
v/2

16

Sub

o'ot

49294  
D

ring  
1/2

ONIA4  
212

0

5/15

6<sup>e</sup> - Lett. de Bibliographie de  
Suisse -

---

Versaille May 1843

30  
~~Remarques~~  
~~de M. de~~

N<sup>o</sup> 120.

ex Libris Baumier.

acheté après la vente de  
M. Hazard, qui a eu lieu, le 11<sup>er</sup> May  
1843

## Notes.

---

Je trouve cette édition  
indiquée dans quelques cata-  
logues, entre autres dans celui  
de M. Hulsman n<sup>o</sup>. 1269,  
vendue en décembre 1837, par M.  
Merlin, ou je l'ai achetée, sous  
la date de 1695 : je crois que c'est  
une erreur, qu'elle est bien, com-  
me l'indique M. Brunet de  
1615 : Elle contient d'ailleurs moins  
de pièces que les éditions postérieures  
de 1615, 1617, et 1657 que j'ai sous  
les yeux.

C'est la première où le nom de  
Frischlinus ne soit pas en tête  
du volume.

---

De la Bibliothèque de J. B. Hazard.

---



FACETIAE FACETIARUM,

hoc est,

# JOCO-SERIORUM

FASCICULUS,

EXHIBENS VARIA VARIORUM

Auctorum scripta, non tam lectu jucunda & jocosa, amœna & amanda, quàm lectu verè digna & utilia, multisve moralibus ad mores seculi nostri accommodata, illustrata, & adornata.

Quorum seriem sequens pagina indicat.



FRANCOFURTI AD MOENUM

Anno c1o 1o cxy.

650 709527

COCCO-ZERIORUM

ASSOCIATUS

Forma scriptura, non tam lata in  
vulgo & populari, quanto & urbana  
vulgata lecta esse digna & utilis, nisi  
satis motuibus ad nunc scripta sunt  
composita, &...




20215774



H O C F A S C I C U L O  
C O N T I N E N T U R .

Matthæus Delio de arte Jocandi li- bri IV.	pag. I
Nicodemi Frischlini in ebrietatem ele- gia.	66
De Peditu, ejusque Speciebus.	73
De Jure Potandi disputatio.	99
De Lustitudine Studentica.	145
De Cucurbitatione disputatio feuda- lis.	161
Bonus Mulier five de mulieribus.	173
De Osculis Jucunda dissertatio.	219
De Jure & Natura Pennalium dispu- tatio.	285
Vincent. Obsopœus de arte Biben- di.	315
De Virginibus Theses Inaugurales.	389
Floja cortum Versicale.	443



H O C T A B U L O  
C O N T I N E N T U R .

443	Floja contra Venereas.
380	De Virginitate Thales Inauguralis.
317	di.
	Vincet. Ophiorhizis de arte sibi.
287	ratio.
	De Jure & Natura Penitentiam dispo.
219	De Oculis Jucunda dissertatio.
173	Bonus Mulier sive de mulieribus.
161	is.
	De Concubinatione disputatio fanda.
147	De Lustratione Sennarica.
99	De Jure Potestatis disputatio.
73	De Pedibus, eiusque Specibus.
66	gia.
	Nicodemus Frischlini in epistolarum cle-
	pri IV.
	pag. I
	Manus Delio de arte Jocandi li-

MATTHAEUS DELIO.

DE

ARTE JOCANDI,

LIBRI QUATUOR.

LIBRARIUS

JOHANNES

DOCTUS



MATTHAEUS DELIO  
DE  
ARTE JOCANDI,  
LIBER PRIMUS.



*I quis in hac artem non noverit  
urbe jocandi,  
Me legat, & lepidos discat a-  
mare jocos.  
Arte palaestritis veniunt in corpora  
ra vires,*

*Longaque non forti mittitur hasta manu.  
Arte (quod ipsa prius vetuit natura creatrix)  
Currit in aquoreis picta carina vadis.  
Hac nisi perpoliat rudis est natura, decusque  
Amittens, subito degenerare potest,  
Laude quidem dignos (quis enim neget) esse fatemur?  
Te quibus erudit docta Minerva jocos.  
Et quos ingenii felix tibi dicat acumen,  
Pectoraque Idaliis candidiora rosis.  
Dispereant arti tribuentes omnia, qui non  
Naturae dotes nobilitate probant.  
Sed quia quod vere sit ab omni parte beatum,  
Rebus in humanis credimus esse nihil.  
Arte opus est illis etiam qui dote beati  
Naturae, ingenii dexteritate valent.  
Adde quod ut veterem non omnibus ire Corinthum  
Contigit & superas scandere posse domos.*

Sic certe ingenii non omnibus omnia dona  
 Contulit, aut cunctis æqua Minerva fuit,  
 Ergone tentandum nihil est, mutanda voluntas,  
 Et studii cura est abjicienda tui?  
 Non ita, sed doctam facillimæque ad qualibet artem  
 Consule, non minimum, qua valet arte, valet.  
 Hoc quoque ab arte petes, qua sit ratione jocandum,  
 Quaque via incedas me duce certus eris.  
 Ferte pedem Charites, hic aspirate canenti,  
 Vos eritis scripti pars quotacunque mei.  
 Convenit hoc vobis studium, salibusque jocosque  
 Ociâ ludendis non inhonestâ sequi.  
 Inde quod est ratio quod regula certa jocandi  
 Acceptum vobis quemque referre decet.  
 Vos dictate precor teneris præcepta Camœnis,  
 Quæ passim ingenio sint adhibenda joco.  
 Sic quoque vester honos nec inani gloria fuco,  
 Crescet, & hoc aliquod nomen habebit opus.  
 Nunc bibulo nostram solvemus littore puppem,  
 Et dabimus rapidis staccida vela Notis.  
 Principio geminos omnes adhibentur ad usus,  
 Doctâ quibus Charitum est lingua probata, joci,  
 Est prior in toto positus sermone loquentis,  
 Et bene si spectes latius ille patet,  
 Nam quoties aliquis tibi conveniendus amicus,  
 Cui mens alloquio est dura monenda tuo,  
 Et quoties placandus erit sermonibus aptis,  
 Quem longa offensum reddidit ira tibi:  
 Multum verba valent grato condita lepore,  
 His rigidos animos in tua vota trahes.  
 Tum quoties cœnam conviva vocatus ad amplam  
 Ridiculis verbis exhilarandus erit.  
 Quid precor absq; jocis (namq; hoc te iudice dicam)  
 Letitia vobis cœna peracta dabit?  
 Multa quidem ridenda dabunt scurrilia dicta,  
 Multa inhonestâ dabunt, nulla faceta dabunt.  
 Sed



Sed placida Musæ convivia casta requirunt,  
 Et studii cupidos non nisi honesta decont.  
 Ergo quibus possit salibus tua lingua probari,  
 Ex hoc si cupias discere fonte potes.  
 Hæc prior in sese, quem dixi continet usus,  
 Hæc prior utilitas inde petenda tibi est.  
 Alter inest scriptis, & cum sit rarior idem,  
 Postremum in versu debet habere locum.  
 Sive aliquis nota cupiat dare scripta sodali,  
 Ornamenta statim, quæ cupit, inde capit.  
 Sive foras quisquam sit publica scripta daturus,  
 Hinc addet scriptis docta parerga suis.  
 Scripta sed ingenio cujusvis apta parare,  
 Non est cujusvis pectoris illud opus.  
 Non datur ad faciles cuivis percurrere Musas,  
 Nec leve, Parnassi scandere posse domos.  
 Crebrior est usus, cum scribit amicus amico,  
 Et mittit digitis verba notata suis.  
 Litera lecta placet, si tincta leporibus illa est,  
 Et placet & pariter corda movere potest.  
 Hæc ita si numeres, duo sunt, quibus omnis inheret  
 De quo præcipiet nostra Thalia jocus.  
 Quæ ratione queas sermone faceris haberi,  
 Hæc nostro cursu prima terenda rota est.  
 Hic brevibus præcepta tibi vniçaria dictis,  
 Sed tamen haud quaquam prætereunda dabo.  
 Sunt imitanda prius doctorum exempla virorum,  
 Qui lepidis salibus nocte dieque student.  
 Et quibus ingenium mite, atque leporibus aptum,  
 Compositumque jocis docta Thalia dedit.  
 Istorum cupide tibi consuetudo tenenda est,  
 Verbaque sunt animo cuncta notanda tuo.  
 Inde jocosa legis (nec enim confundere tutum est)  
 Alterius (moneo) seria classis erunt.  
 Hæc ubi sint retinenda, tibi non sponte patebunt  
 Omnia sunt oculis perspicienda tuis.

## DE ARTE JOCANDI,

Diffimiles Cantor discernit tempore voces,  
Et varios longa judicat arte sonos.  
Pictor ut in tabulis vitium cognoscere possit,  
Assequitur studii sedulitate sui.  
Tu quoque si studii non illius ante pigebit,  
Quam decet exiguo tempore doctus eris,  
Seria quaque suo, joca qualibet ordine pones,  
Nec te judicium fallet, ut ante, tuum;  
Quatamen ut firma tibi perstet opinio mente,  
Judicio vulgi ne moveare, cave.  
Abjicienda procul stolidi sententia vulgi,  
Cujus judiciis maximus error inest.  
Scilicet hic dicet, studium quid inutile tentas,  
Quaeve supervacui meta laboris erit.  
Disce quod ignoras, didicisse quod antea notum,  
Propositum finem non habet iste labor.  
Judicio poteris facili discernere verba,  
Verba vel à Pythio si qua profecta Deo.  
Talibus objectis, quae sunt sine pondere rerum,  
Dicere si contra, pauca sed apta velis.  
Fallere dic, animo, salibus si verba recepta,  
Aptaque colloquia qualibet esse putas.  
Proxima sunt mala verba bonis, obscœna facetis,  
Quam facile est causas error ut inde trahat?  
Hec refer, ac ipsum ne te tua culpa docentem  
Arguat, ut possit crimen abesse, vide.  
Disce quibus verbis jocus hæreat optimus, & quo  
Ordine sint isthæc distribuenda tibi.  
Nam tibi non una dici ratione tenendum est,  
Et non unius nominis esse jocos.  
Est alius pulcher teneroque lepore probatus,  
Est alius turpi garrulitate levis.  
Major in obscœno est ubertas, copia major,  
Omniaque hic cornu liberiore fluunt.  
Littora quot conchas, nitidum quot sydera cœlum,  
Quot vagus in sese flumina pontus habet.

Quot

Quot campus flores, tot sunt, quos crimine damnat  
 Ars mea, ridiculi garrulitate joci.

Semper enim numero pugnant vitiosa, nec illis  
 Ordo quidem certus, nec modus ullus adest.

Scilicet uberius vitiorum seminacrescunt,  
 Et variis florent pessima quaque locis,

Tu lepidos discerne jocos à turpibus, illos  
 Quilibet è doctis, hos rude vulgus amat.

Nam sine iudicio turpissima qualibet illi  
 Scommata, & in primis garrula, lingua placet.

Laudibus hunc stolidi variis ad sidera tollunt,  
 Pectore qui multum futilitatis habet.

Hunc audire iuvat, iuvat observare loquentem,  
 Sic neque quod vitium est, laudis honore caret.

Et quis enim dubitat? Laus est meliora probare,  
 Omnibus at studio est deteriora sequi.

Hac animis hominum nunquam quasita recurrunt,  
 Cultoremque suum fertilitate tenent.

Nam quis erit, quem non etiam fecere disertum?  
 Facundus vitis quilibet esse potest.

Scilicet obscœnus qua dicat multa jocator,  
 Sponte fluens illi garrula lingua dabit.

Et varios risus facili ratione movebit,  
 Aures obtundet garrulitate tuas.

Sed quodcunque movet risus sine pondere verbum  
 Fallere, si lepidum credis id esse jocum.

Singula ridemus Morionis verba loquentis,  
 Quis tamen hac pulchros dixerit esse jocos?

Non est iudicium, non sunt ea signa leporis,  
 Nec tantum risus verba jocosa probat.

Suavis, & illa novem qua digna est gratia Musis,  
 Symbolon est lepidi, qui valet arte, joci.

Hoc equidem nullis unquam est mutabile seclis,  
 At solido semper firmitus ære manet.

Cætera, quæ certis non sunt jocularia signis  
 Cognita, pro vario tempore nomen habent.

Nunc odium, nunc rusticitas, amor, impietasque,  
 Symbola scurrilis sunt variata joci.

Unius hac generis sunt omnia, multa supersunt  
 Quæ non ingenio sunt patefacta meo.

Omnia non possum brevibus perstringere verbis,  
 Nec tantum numerum nostra tabella capit.

Nam memorem vel qua deceant ratione lepores,  
 Fama quibus ladi non inhonesta solet.

Hos aliqui pulchra specie ad convitia torquent,  
 Atque sibi lingua liberiore placent.

Hos quoque scurriles dices, in eoque locabis  
 Ordine, qui doctis non imitandus erit.

Quid moror in parvis, vitium in majoribus hæret,  
 Fœcundum vitium quodlibet esse solet.

Est jocus, in totum quem plenum Colchidos herba,  
 Ex re Sarcasmm Græcia docta vocat.

Ille odiis flagrat, fellisque expirat odores,  
 Et variis varia conditione nocet.

Hoc alii taxant alios & crimina multis  
 Objiciunt, Momum nec dubitanter agunt.

Hoc quoque salvificum cupiens eludere Christum,  
 Uritur obscæni turba prophana gregis.

Hunc, Epicurei chorus ordinis, atque Tyranni,  
 Et qui Plutonis castra sequuntur, amant.

Impia talis erant damnati verba latronis,  
 Verba quibus Christus ludificatus homo est,

Turba Papistarum studiose imitatur eundem,  
 Erudit mentem quilibet inde suam.

Nil nisi de Christo jocularia verba loquuntur,  
 Quotquot adhuc Papam numinis instar habent.

Et tamen argutos juvat appellare lepores,  
 Sic speciem quandam nobilitatis habent.

Scilicet & titulis vitium, & virtutis honore  
 Gaudet, & eximia nominalaudis amat,

Atque ita quod non est, falso contendit haberi,  
 Hei mihi virtuti res ea sæpe nocet.

Nam

Nam sic decipitur specie mens ipsa decori,  
 Quod decus interdum non leve fucus habet,  
 Tam mala sunt vicina bonis; Sic saepe putantur  
 Optima, quæ nulla tempore labe carent,  
 Nam quoties violis vicina urtica reperta est,  
 Pro nitidis quoties carpitur illa rosis.  
 Sic quoque virtutem vitium comitatur, & illa  
 Virtuti nimium proximitate nocet.  
 Hic equidem, pulchro ne decipiare colore,  
 Esse oculo plusquam te vigilante decet.  
 Non ea res fallant quæ sunt speciosa, nec unquam  
 Decipiat mentem blanda loquela tuam.  
 Nec moveat, quod saepe jocus scurrilibus illis,  
 Applaudit variis turba inhonestamodis.  
 Obscænos obscæna decent, sua quemque voluptas  
 Ducit, & immemorem non sinit esse sui.  
 Res probat artificem; Sic rem probat auctor, & illa  
 Si valet, artificem posse valere puta.  
 Nulla bonos arbor poterit producere fructus,  
 Si mala, sed fructu quæ valet, illa valet.  
 Ergo sales odio plenos vitare memento,  
 Talis & auctores non imitare joci.  
 Dixerit hic aliquis, si non imitanda, quid ergo  
 Tradis, an hic forsitan perdere verba leve est?  
 Desine mirari vitiis sit cognita virtus,  
 Fitque per oppositum notior illa suam.  
 Sic ubi cognovis vitium, quod in arte jocandi  
 Additur, à falsa turpibus arte viris,  
 Parte fere media teneri præcepta leporis,  
 Et quæ sunt prima parte tenenda, tenes.  
 Strictius illa licet potuissent omnia tradi,  
 Totaque præscribi res breviorè moda.  
 Nam quibus utendum sit ei, cui Musa placebit,  
 Hac præcepta damus, non peregrina damus.  
 Doctus apud doctum juvenis sic esse facetus  
 Possit, & ingenio ludere digna suo,

Sed tamen, ut nunquam ratio hæc mutetur & ordo,  
 Credere quod fieri possit, inane puto.  
 Cum rudibus, cum non doctis quandoq: jocandum est,  
 Hinc etiam laudem forte aliquando feres.  
 Casus in eventu tamen est, ita rarius illud  
 Te facere, & magis hic abstinuisse velim,  
 Aut aptare jocos istorum moribus omnes,  
 Sive inhonesta illis sive faceta placent.  
 Jam quid agis? dicas, prorsus contraria dicis,  
 Incipit in verbis maxima pugna tuis.  
 Obscænos vitare jocos inhonestaque verba,  
 Nunc obscæna tamen rursus imitanda doces.  
 Atque tuam prodis mutatis versibus artem,  
 Cur non quod cœpit Musa tuetur opus?  
 Non ita sed falso juvenis me crimine damnas,  
 Consilii ratio non fuit illa mei.  
 Trado ego, post etiam tradam præcepta jocandi,  
 A vitiiis carmen debet abesse meum.  
 Qui ludit quoscunque sales, dulcesque lepores,  
 Recte agit, & rectis ambulat ille viis.  
 Non tamen hoc vitium est aliquando levissima verba  
 Dicere, sed vitium est si mala verba probes.  
 Quis vocet audacem? qui verba audacia profert,  
 Quis bellatorem? qui fera bella canit.  
 Quis timidum? subiti qui dicit verba timoris,  
 Quis, stolidum si quis nominet, inde vocet?  
 Semper scurrilem, scurrilem nomine dicas,  
 Qui levis est semper, dicitur ille levis.  
 Obscænos, stolidos, turpes, vanosque lepores,  
 Omnibus in rebus qui probat, ille probat.  
 Carmine te nostro satis hæc didicisse putamus,  
 Et non est magnus discere posse labor.  
 Sponte patet cuivis ratio vitiosa jocandi,  
 Et non obscuras res habet ista notas.  
 Judicio est facili vitium cognoscere cunctis,  
 Qui cupit ad vitium currere, lata via est, Sed

Sed non sponte patent quæ unt bona, & absq; labore,  
 Nam virtus magno parva labore venit.

Et quæcunque valent, quæ sunt pulcherrima in orbe,  
 Difficiles aditus semper habere solent.

Quos, quia docta potest faciles tibi reddere Musa,  
 Musa animo semper sit veneranda tuo.

Disce bonas artes, mitescunt pectora ab illis,  
 Artibus ingenuus quilibet esse potest.

His aditus patet ad nostram quam tradimus artem,  
 His tibi nota via est, his tibi plana via est.

Nec poteris docte certa ratione jocari,  
 Si forte illorum destituaris ope.

Nam qui non doctas animum excoluere per artes,  
 Illi Cecropios non didicere sales.

Non didicere quidem, certum est, nec discere possunt,  
 Quamvis nonnunquam se didicisse putant,

Et licet interdum verbis ridenda loquantur,  
 Nusquam est, si spectes singula, mica salis.

Turpibus involvunt dictis quæcunque loquantur,  
 Atque jocos sola garrulitate probant.

His ego si cupiam certas præscribere leges,  
 Jure equidem cerebri dicar habere parum.

Quid prodest porcis nitidas ostendere gemmas.

Quod cumulare novis fluctibus Albis aquas:

Hoc ipsum prodest illis præcepta jocandi  
 Tradere, qui sanctas non coluere Deas.

Perpetuo salibus placeant sibi turpibus illi,  
 Et levibus stulta garrulitate jocos.

De quibus ut vitium certo cognoscere possis

Diximus, & ratio jam patet illa tibi,

Nunc ea quæ placidas deceant jocularia Musas,  
 Dicam ex propositi conditione mei.

Scilicet argutus in vocibus optima laus est,  
 Verbaque nonnullis ingeniosa placent.

Salsaque delectant, sunt insperata movendo  
 Pectore, si videas, omnibus apta jocos.

Sape suis ornata modis: quæ dicta loquendo  
 Finguntur, varia conditione valent.  
 De quibus hæc monuit tantum mea Musa legentem  
 Pauca ea sufficiant, & monuisse sat est.  
 Hæc tibi sunt longum potius discenda per usum,  
 Discere per exemplum sponte disertus eris,  
 Discere tamen magno non dediscenda labore,  
 Discere sed à Doctis tu quoque doctus eris.  
 Quæ perfecta putes, exemplis fidere tutum est,  
 Optima quæque prius sunt imitanda tibi.  
 Si quis erit forsitan nulla ratione facetus,  
 Quæ melius fugias arte docendus eris.  
 Sape refert tecum quam sit scurrile locutus,  
 Et pone ante oculos singula verba tuos.  
 Illud, & illud habet vitii, multa impia dixit,  
 Multa supercilio non patienda gravi.  
 Nil habet eximium, nulla est ex parte facetus,  
 Non levitate animus non feritate caret.  
 Hæc refer, hinc illum caute vitare memento,  
 Hinc odio dignum quolibet esse puta.  
 Non mirere hominem, non commoda verba loquentis  
 Tu mihi (dic) certe non imitandus eris.  
 Nec te decipiat, species non fallat honesti,  
 Quique aliquando decus non leve fucus habet.  
 Scilicet ut sapiens videatur & optimus ille.  
 Efficit, in totum qui ratione caret,  
 Ex stupido placidum Regem facit ille bubulco,  
 Fæmina quæ certo est, virgo sit ille facit,  
 Denique Tenarius num decipit omnia fucus,  
 Fallere quem quæso non color ille potest?  
 Tu tibi fac constes, multum constantia prodast,  
 Omnibus à vitiis hæc duce tutus eris.  
 Sive aliquis tibi laudarit, quem laude putabis  
 Indignum, & dicet. Fac imitere virum.  
 Firma tibi stet non dubia sententia mente,  
 Persuasus verbis ne capiare, vide,



Sive aliquis forte immerito reprehenderit illum,  
Quem veris dignum laudibus esse scias.  
Laudibus est dignus, præstet sententia firma,  
Et fac ne cedant verba aliena tuis.  
Sic neque quæ splendent peregrino tincta colore,  
Nec mentem fallat res speciosa tuam.  
Hæc tibi cognoris, nec enim cognosce pudebit,  
Quid silibus possis experiare licet.  
Experimenta docent, & cuncta per illa probantur,  
Ante oculos semper stant manifesta tuos.  
Fallere non possunt, sed demonstrata relinquunt,  
Singula iudicio quæque notanda tuo.  
Ac velut Aurifaber fulvum probat ignibus aurum,  
Imponens calidis frustra cremanda focis.  
Sic quascunque artes certo experientia signo,  
Has probat esse bonas, has probat esse malas.  
Tu quoque quid possis, quid desit in arte jocandi,  
Scilicet experiens omnia, certus eris.  
Addiscenda quidem præbebit plurima tempus,  
Emendanda tibi qualibet hora dabit.  
Quotidie melior ratio tibi sponte patebit,  
Et studio accedet pars quotacunque tuo.  
Mutua namque dies docet, & se corrigit ultro;  
Ipsius illa etiam docta magistra sua est.  
Jamque ubi ridiculis fortasse jocabere dictis,  
Et sociis dices verba faceta tuis:  
Præcipue est pulchri ratio tibi habenda decori,  
Semper honestatis te meminisse decet.  
Semper honestatis, semper meminisse decori  
Dicere sive velis seria, sive jocos.  
Nam licet hæc forsitan possint contraria dici,  
Neutrum sermoni debet abesse tuo.  
Hæc conjuncta placent, & tu conjungere noris  
Doleant lepida seria mixta jocis.  
Qui gravis est semper, nimio qui laudis honore  
Ponderat extollens seria crimen habet.

Sic vitium est, salibus nimis indulgere jocisque,  
 Nec nisi perpetuo verba jocosa loqui.  
 Non decet hæc teneras effusa licentia Musas,  
 Contemptum studii res habet illa tui.  
 Seria contineant (sed si permittat honestum)  
 Addita, ceu passim sparsa, parerga jocis.  
 Non alios carpant, sed sint sine morsibus illi,  
 Non habeant odii semina testæ tui.  
 Temporibus variant, variant ratione locorum,  
 Hic ego te fieri Prothea posse velim,  
 Si tibi cum latis, si cum lugente jocandum est,  
 Non uno fieri debet utrumque modo.  
 Namque ea sollicito quæ sunt astricta dolore  
 Pectora Cecropiis sunt inimica jocis.  
 Scilicet hæc ratio pugnantia fecit, utrumque  
 In rebus proprium jussit habere locum.  
 Ergo simultates, odium nec rariis iram,  
 Nata ex Cecropiis vidimus esse jocis.  
 Sicut & herba etiam, si quis bene nesciat uti,  
 Sape eadem prodest, sape eademque nocet.  
 Dic mihi cum salibus quæ convenientia luctus?  
 Conveniat rapidis sic quoque ovile lupis.  
 Crede mihi, nam certa fides, res ipsa probata est,  
 Mærorem ex salibus crescere posse tuis.  
 Nempe aliquis justum qui perfert corde dolorem,  
 Ludibrio forsan se putet esse tibi.  
 Et sive illa tuæ duræ sententia mentis,  
 Sive loco forsan suspicionis erit.  
 Te tamen invisum post illud semper habedit,  
 Et capiti optabit tristitia multa tuo.  
 Hæc vitare decet mala, ne moveatur ad iram,  
 Aut te tale aliquod crimen habere putet,  
 Ergo jocis, ubi tristis adest, vel parcius uti  
 Vel potius risus continuisse decet.  
 Si tamen est illi mitis natura, nec illam  
 Urit adhuc ardens asperitate dolor.

Proderit ad curas animi luctumque fugandum,  
 Ingenuos illi parce adhibere sales.  
 Sin minus & verbis acrem lenire dolorem  
 Non licet, inprimis abstinuisse velim.  
 Talia quæ præsens & tempus & hora monebit,  
 Consilium est caute velle notare meum.  
 Scilicet hæc varie varias mutantur in horas  
 Et retinent miras dissimilesque vices.  
 Non status est idem rerum, neque semper in una  
 Qualibet, aut simili conditione manent.  
 Omnia dependent tenui mortalia filo,  
 Perpetuo nulli fors satis æqua manet.  
 Gaudia non semper, non semper verna manebunt  
 Tempora, post paucos nubila facta dies.  
 Nunc tibi tristitiam vario ex discrimine rerum,  
 Nunc aliud tempus gaudia multa dabit.  
 Nunc aliud dabit officium, variosque labores,  
 Nunc aliud rursus quod mediteris opus.  
 His aptanda tua est ratio diversa jocandi,  
 Flectenda in multos & varianda modos.  
 Nec decet in causis ulla ratione jocari  
 Consiliisque hominum, quæ grave pondus habent.  
 Hic potior gravitas, magis his sapientia rebus  
 Convenit, hic risum te cohibere decet.  
 Sacra Deo quicumque facit, meminisse jocosum  
 Sic velit à læso numine crimen habet.  
 Hæc moneo exemplis tantum, sexcenta supersunt,  
 Quæ jam sunt versu prætereunda meo,  
 Nam mihi si voces atque ora sonantia centum,  
 Si vel mille queat lingua referre sonos:  
 Omnia non possem versu pertexere nostro,  
 Nec sterilis tantum Musa subiret onus.  
 Sic variat tempus, sic omnia tempora cedunt,  
 Sic etiam moneo tempore cuncta notes.  
 Nec locus est idem, terra non semper in una  
 Vivitur, hoc etenim vivere turpe putant.

Te non

Te non perpetuo credas sine crimine magno  
 Posse domi ad patrios delituisse focos,  
 Sisyphides fama celebris non esset Ulysses,  
 Nec tam clara viris insula Graja foret:  
 Si non tot populos, quondam vidisset & urbes,  
 Errans in vasto tempora longa mari.  
 Si non Alcides passim tot monstra necasset,  
 Forte suo minime notior esset a vo.  
 Ergo tot exemplis motus, si in visere tentes  
 Diversis forsitan dissita regna plagis:  
 Nosse hominum mores, vitam, studiumque fidemq;  
 Nosse quibus facile mens capienda modis.  
 Ex studiis adverte animos, signisque loquendi,  
 Ex verbis etiam signa aliquando petes.  
 Inde tuos aptare jocos, aptare lepores  
 Noris, & ingenium fingere posse tuum.  
 Si fueris Roma, consuescas moribus urbis,  
 Sape animum tibi sunt jura datura novum.  
 Et quascunque alias venies peregrinus in oras,  
 Una eadem maneat regula firma tibi.  
 Proderit & qualis persona sit ipsa, videre,  
 Dicere cui deceat verba jocosa viro.  
 Disce quibus juvenes salibus capiantur, & illi  
 Tempore quos canos longa senectâ facit,  
 Disce quid edoctis placeat cognoscere dignum,  
 Disce quibus salibus mens erit apta capi.  
 Denique quid placeat semper servato, nec unquam  
 Omnia quæ debes te didicisse puta.  
 Quæ deceat Regem vestis, quæ forma potentem,  
 Usu perpetuo pictor, & arte tenet:  
 Cuique suos homini novit tribuisse colores,  
 Non similes vestes Cræsus & Irus habent:  
 Sic quoscunque jocos quævis persona requirat,  
 Hæc sunt ingenio præmeditanda tuo.  
 Nunc tibi cum noto, nunc hospite sæpe jocandum  
 Crede mihi simili non ubicunque modo.

Quoslibet

Quoslibet ille sales laudat, licet auctor eorum  
Siquid inest vitit dissimulare cupit.

Hic licet interdum patulas tibi præbeat aures  
Et dicat, lepidus certe erat ille jocus:

Non tamen his satis est tutum considerare verbis,  
Hæc levitas nullo sine probata fuit.

Verba quid esse putas stolidæ nisi murmuræ linguæ.  
Vocalemque hominis qui venit ore sonum?

Verba nitore suo fallunt hominesque Deosque,  
Et non sunt uno suscipienda modo.

Hæc feriunt patulas concinnis vocibus aures,  
Et rapiunt animos ad sua jussa leves:

Non ea te fallant subito, quia fallere possunt,  
De fuco tali verba priora nota.

Si peregrinus adest, debet pudibundus & aptus,  
Conveniensque hominis moribus esse jocus,

Non levis aut petulans, non ullis vocibus audax,  
Qualis sæpe animo liberiore venit.

Quam potes in melius totam desiccte loquelam,  
Judicium discas fallere posse tuum,

Si rudis est, ruditas non fit tibi causa jocandi,  
Si timidus non sit turgidus inde jocus:

Sed moneo si quis fuerit peregrinus, an idem  
Ingenua cultus sit quaque ab arte, vide:

Si fuerit; certa poteris ratione jocari,  
Ac velut ad socios verba jocosa loqui,

Namque hominum prodest tibi conciliare favorem,  
Sic natura hominos conciliare docet.

Sin minus, abstineas, & sit tibi magna jocari  
Religio, sapiens inde putandus eris,

Nam cui non doctas mens est exculta per artes,  
Hunc merito rabidam dixeris esse feram:

Ille jocos, ut contemnit, sic omnia dicta  
Perdis, & in verbo est gratia nulla tuo:

Non illi præcepta damus, rudiore Minerva  
Non nostris numeris erudiendus erit.

Cui placet, & cordi natiuus splendor honesti,  
 Me legat, & lecto carmine doctus erit.  
 Nec sibi, quod leviora canam, quasi vana putentur,  
 Præceptis credat non opus esse meis:  
 Parva quidem, & tenui de stirpe profecta fatemur,  
 Illa fuere prius præcipienda mihi.  
 Tu quia parva etiam discendi tempore profunt,  
 Esse aliquid saltem carmina nostra puta,  
 Judicioque tuo licet hæc leviora putentur,  
 Forte tamen fructus non nihil inde feres,  
 Tempus erit, certe quo te meminisse iuvabit,  
 Et dices, hæc me non didicisse pudet.  
 Nunquid ab exiguis bene si cumuletur in unum.  
 Magna etiam additio quotidiana facit?  
 Quod si nostra minus, quæ dico, valere putabis,  
 Inque animo nequeunt pondus habere tuo:  
 Quando cupis parvis summa affectare relictis.  
 Icarii casus te meminisse decet.  
 Sic tennes forsitan non aspernabere Musas,  
 Et quæ de fundo paupere dona damus.  
 Fallor? an ista tuam subit hæc persuasio mentem,  
 Omnibus ut primum parva tenenda putes?  
 Certe equidem non vana tuæ est sententia menti,  
 Scilicet expertus quæ facis, illa facis.  
 Nunc nostræ pars una via, pars prima peracta est,  
 Hic teneat calamus nostra Thalia suum.

MATTHÆUS DELIO  
DE  
ARTE JOCANDI,  
LIBER SECUNDUS.

**R**Ursus ades nostro jam, non in vita, labori  
Carminis Euphrosyne pars quota-  
cunque mei, (cursu,  
Nunc magis audaci tentabimus aquora  
Ibit & in mediis nostra carina vadis,  
Perge etiam juvenis veloci insistere remo,  
Et nihil obstabit quod remoretur iter.  
Non te pœniteat studii, pudeatve laboris.  
Disce animum studio vincere posse tuum.  
Doctorum studii nullum pudet ante virorum,  
Ultima quam summum finiat hora diem.  
Est illi didicisse animus cum plurima norit,  
Cur ita? Quod semper discere possit habet:  
Erte pœniteat? Cui flos tener ille juvenis  
Floret, & est nulla barba resecta manu?  
Sis apus, ad propera, cœptoque insiste labori,  
Crede mihi ex illo commoda multa feres,  
Nec quia prima tenes & parva Elementa jocandi  
Omnia perfecte te didicisse putes,  
Umbra tibi visa est, & non nisi imago leporis,  
Sed quæ digna tamen cognitione fuit.  
Nunc tibi quærendi fontes, animoque notandi,  
Crede mihi dulces inde bibuntur aqua.  
Nulla suis sine principiis, sine origine certa est  
Cognita, nec causis res caret ulla suis.  
Quas bene qui potuit propriis cognoscere signis,  
Judicio felix dicitur ille meo.  
Hæc quoque proveniunt de fontibus omnia certis  
Quæ tibi jam lector nostra Thalia dabit,

Sunt

Sunt ea limitibus certis inclusa modisque,  
 In quibus & fines contineantur habent,  
 Quos ultra & citra, nunquam consistere possunt,  
 His erenim lepidi stantque caduntque joci.  
 Sunt gemini fontes, duplex & origo leporum,  
 Omnes stant duplici conditione sales.  
 Scilicet aut rebus varie nascuntur ab ipsis,  
 Aut bene fingendi nominis arte valent,  
 Omnibus his uti varia ratione licebit,  
 Sed tamen unius maximus usus erit,  
 Sape quidem poteris de te per multa jocari,  
 De rebus dicens multa faceta tuis.  
 Hic tibi cum pulchre tuis sis tibi cognitus ipsi,  
 Præceptis statuo non opus esse meis.  
 Nam vitæ fortuna tua, studiumque laborque,  
 Quæ dicas quo vis tempore, multa dabunt,  
 Id moneo tantum: De te quæcunque loqueris,  
 Orna simplicibus singula verba jocis,  
 Ne (quod jam multi faciunt) videare jocando  
 Egregias laudes attribuisse tibi,  
 Quin etiam de te parce decet ipse jaceris,  
 Inque tuo semper nomine parcus eris.  
 Et si non rerum sit mentio facta tuarum,  
 Te quoque posse velim non meminisse tui.  
 Quod si forte aliquis dubitans tua nomina querit,  
 Fortunaque velit certior esse tua,  
 Quærenti placide verbis occurre facietis,  
 Ut tamen his verbis certior esse queat.  
 Omnia si dicas, ne sis contemptior ulli,  
 Neve aliis multo dignior esse velis,  
 Scilicet hæc laus est, posse inter utrumque manere.  
 Quod medium est, nunquam non solet esse bonum.  
 Tu quoque perpetuo medium tenuisse studebis,  
 Sic poterit salibus crimen abesse tuis,  
 Sic poterit nunquam de te sine laude jocari,  
 Sic poteris lepidis nomen habere jocis.



Verum ubi propones alios tibi, de quibus ausis,  
 Cum placet, interdum verba jocosa loqui,  
 Longe aliis te posse opus est rationibus uti,  
 Hic via nunc alia est aggredienda tibi,  
 Multa quidem sunt de multis jocularia dicta,  
 Deque alio qui vis dicere multa potest.  
 Sed quam difficile est summam Virtutis ad arcem,  
 Quam grave in aethereas scandere posse domos.  
 Tam minime hic facile est, odium vitare jocanti,  
 Et salibus nulli displicuisset tuis,  
 Hoc opus, hic labor est, certas praescribere leges,  
 Non capit incertos nostra tabella modos.  
 Mille hominum species, animorum mira voluntas,  
 Quotque homines, totidem pectora semper erunt.  
 Quis dabit exiguo praecepta inclusa libello?  
 Ut nihil hic sese praeferuisse putet?  
 Vix ea praestiterint Musae, vix augur Apollo,  
 Vix tu carminibus Naso poeta tuis,  
 Quo magis agnoscens, quam sit mihi curta supellex,  
 Impar opus fateor viribus esse meis.  
 Cur igitur (dicis) tentas praecepta jocandi  
 Scribere? tam vanum quid meditaris opus?  
 Desine, non equidem nostra est hac culpa, nec artis,  
 Nec mea (quod dicis) carmina crimen habent,  
 Humana in culpa est dubia inconstantia mentis,  
 Quae non ut debet constat ubique sibi.  
 Ille jocos de se fictos probat, ille superbe  
 Culpat, & in pejus singula verba rapit.  
 Quae quia mutari nequeunt damnabimus artem?  
 Dicemusque omnes crimen habere jocos?  
 Non ita, nec visum est illis, quibus ordine certo,  
 Hanc artem primum cura docere fuit,  
 Quos quia nos sequimur, quia non pudet esse sequentes  
 Jam dabimus leges, hic quoque ut ante, tibi.  
 Primo igitur, de quo possis, liceatque joculari,  
 Perspice, delectus semper habendus erit.

Elige non falsos quibus es conjunctus amicos,  
 Semper ab ignotis abstinuisse velis,  
 Si tamen ignotus lepida te voce lacesat,  
 Ne timido credat pectore, redde vicem.  
 Parque pari referens, dicas quod mordeat ipsum,  
 Hoc licet, hoc etiam res aliquando jubet.  
 Interdum siluisse decet, nocet esse jocatum,  
 Parque pari minime, velle referre decet.  
 Nempe ubi prapollens aliquis virtute, potensque  
 Ingenua de te luserit arte sales,  
 Namq; animi indicium est agrestis, ad omnia dicta  
 Mutua & ad lepidos verba referre jocos,  
 Tu concede aliquid majoribus, artis id ipsum est,  
 Et bene qua nosti dissimulare queas,  
 Verum apud aequales equalibus utere verbis,  
 Cuique jocis licet hic reddere posse jocos,  
 Sed tamen invidia morsus rabidissimus absit,  
 Omnibus in dictis semper apertus eris,  
 Qua dictis joca, simplicibus dic omnia verbis,  
 Ne quisquam credat premeditata loqui.  
 Cur ita? Ne forsitan videre instructus ad illud,  
 Ut peteres audax scommate quemque tuo.  
 Sic inimicitia facili ratione parantur,  
 Inde simultates, iraque longa venit,  
 Sape alios lauda, poteris laudare jocando,  
 Crede mihi multum laus sua cuique placet.  
 Absentes nunquam socios reprehende jocando,  
 Hic moneo semper parcior esse velis.  
 Quid multis? Genus hoc totum brevitate probandum  
 Nulla hic ubertas, copia nulla placet. (est)  
 Si vis liberius, neque non cum laude jocari,  
 Elige res medias, sponte disertus eris.  
 Multa potes lepidis generatim dicere verbis,  
 Communes facile est ludere posse sales,  
 Ut neque recipiant ullo tua nomina verbo,  
 Atque ideo de te non videre loqui,

Nec tamen ex aliis sumpti forte esse putentur  
 Deque aliis igitur non videre loqui,  
 Hac duo te jubeo vitiosa extrema notare,  
 Quæ sunt in lepidis parte ab utraque jocis,  
 Est aliud, cum scurrilem declinat ad artem,  
 Et vagus existens diffluit inde jocus,  
 Est aliud, vinculis nimium cum stringitur artibus,  
 Ut nullas vires possit habere lepos,  
 Hoc opus hic labore est, medium tenuisse jocanti,  
 Difficile, excessus posse notare duos.  
 Nam facile in vitium possint transire lepores,  
 Et facile est metam transiluisse tibi,  
 Sunt exempla domi, sunt & foris, ob viam passim,  
 Sive aliquis dicat seria, sive jocos,  
 Est labor, est studium, virtus, fortuna, voluptas,  
 Mittia sunt quæ non nostra tabella capit.  
 De Veneris studio nunquid permulta jocantur?  
 In sua vulnificus quos juga traxit amor?  
 Et tamen hoc ipso meretricia verba loquuntur,  
 Omnia lasci vis sunt tibi plena jocis.  
 Illa equidem non est ratio laudata jocandi,  
 Nec meruit salibus nomen habere meis.  
 Cur ita? Nam late nimis extra septa vagatur,  
 Nec se limitibus continet illa suis.  
 Vincula solvuntur nimium laxata jocandi,  
 Et salibus parvis magna fenestra patet.  
 Sic ubi, in angustos nimium concludere fines  
 Cæperis, ingenium qui valet arte jocum,  
 Desinit esse jocus, neque jam delectat, & illis  
 Quas ita designat, gratia rebus adest.  
 Res patet exemplis, toto est notissima cælo,  
 Hac bene res animi est notificandi tuo.  
 Si merita cupiens virtutem extollere laude,  
 Virtutem summum dixeris esse bonum.  
 Dixeris egregie, nec habebis pauca Sophorum  
 Quæ sunt judicio congrua scripta tuo.

Sed tamen hic nullus lepor est, & nulla venustas,  
Nemo potest tali latus abire joco.

Quandoquidem, nimis angustus quia ponitur illi  
Terminus, ut fuerat desinit esse jocus.

Verum equidem melius tangentem sydera montem  
Finxeris, & sylvas quæ remorentur iter,  
Finxeris in celsa Virtutem rupe sedere,  
Indutam palla uersicolore Deam.

Atque subinde alios homines ascendere ad illam  
Conari, media sed remanere via.

Audiat hæc aliquis, perrumpet pectora risu,  
Ingenii laudans flumina magna tui.

Talia multa dabit variarum occasio rerum,  
Quæ valet in lepidis non minus arte jocis.

Cum licet, hanc serua, nunquam obseruasse pigebit,  
Ut facile placeas omnibus, illa dabit.

Namque modis quia delectat variatio miris,  
Atque oculos hominum res variata capit.

Hæc dabit æstiuis depictum floribus hortum,  
Ex qua decerpas dulcia multa tibi.

Scilicet ingenua deductos arte lepores

Et multa dignos nobilitate jocos,

Nunc tibi de Musis nunc de Virtutis amore,  
Deque aliis rebus verba jocosa dabit.

Sed quoniam varie varias mutatur in horas,  
Nec semper constans una eademque manet,

Forstian eveniet, facile ut labore jocando,  
Et subito in varios diripiare modos,

Si quoscunque jocos veniens occasio præbet.  
Intempestiva garrulitate probes,

Ut bene & arte sales omnes distinguere possis,  
Sunt ea qua dicam pauca tenenda tibi,

Fallitur ingenuo quicumque ita sensit, ut aptam  
Materiam salibus quamlibet esse putet.

Omnia qua duris designant tristia verbis,  
Omnia qua dici seria dicta solent,

Hac lepidis prorsus salibus contraria dices  
 Commodus & pulcher non erit inde jocus.  
 Quo magis observes qua tempus & hora requirat,  
 Atque ea precipue commoditate probes.  
 Ingenium cujusque notes & pectora noris,  
 Nosse quidem semper proderit illa tibi.  
 O quantum est no visse, hominum quid pectoris intus  
 Vim certe, ut placeas omnibus, istud habet.  
 Ergo ubi cognoris mores, studiumque fidemque,  
 (Nam prius haud quaquam luseris arte sales)  
 Inde jocos & verba jocis affingere noris,  
 Conveniant rebus verba jocosa suis.  
 De Veneris puero, jocus est jucundus amanti,  
 Non illi multum bellica Diva placet.  
 Non Helena laudes Paridi, dictumque placebant,  
 Ah pareant per quos foemina crimen habet.  
 Sic jucundus erat jocus hic, & amabilis illi,  
 Bella gerant alii, tu Pari semper ama.  
 Non sonus, aut pulchrum deceat qua cantio Phœbum,  
 Musica non illi dulcior ulla fuit.  
 Musa Poëtarum jocus est, Namque omnia vates,  
 Quae sunt de claris vatibus orta juvant.  
 Fabula ficta placet, sunt omnia grata Poëtis,  
 Quae joca de Musis commemorare potes.  
 Ergo ubi Phœbo cum vate jocabere vates,  
 Dicere multa licet, fingere multa licet.  
 Finge vel Aonidum montem, vel pulchra sororum  
 Nomina, finge aliud, sponte disertus eris,  
 Nablia finge (licet) citharas, chelesque sonantes,  
 (Fictio crede mihi) plena leporis erit.  
 Sydera convexi vaga qui scrutantur olympi,  
 His solet ex stellis gratior esse locus.  
 Hic Caper, hic Pisces, Gemini, Leo, Cancer & Ursus  
 Ficta locum salibus materiemque dabunt.  
 Quid, quos ipsa sales etiam convivium praebent  
 Enumerem? numero cedit arena meo.

Et fora conveniunt, & res sunt apta jocanti,  
 Sape est in medio fabula dicta foro.  
 Judicibus duris nunc mens flectenda lepore est,  
 Jamque favor populi conciliandus erit.  
 Tam Consul, Judexque gravis, letusque Senatus  
 Mitescet salibus, quam fera turba, tuis.  
 Fabula ficta placet communiter omnibus illis,  
 Duriis, qui non ferrea corda gerunt.  
 Namque animos hominum recreat, curasque resolvit  
 Et paucis salibus seria magna tegit,  
 Vidimus hac juvenes latari pectore multos,  
 Hac hilares olim vidimus esse senes.  
 Hic Phrygia doctum scriptorem imitare fabella,  
 Fac, sit ut ille joci pars quotacunque tui.  
 Ille venustatis semper, blandique leporis,  
 Pulcher figmenti doctor & auctor eris.  
 Ille quidem pavidis mœstissima pectora curis,  
 Liberat, ex illo fonte disertus eris.  
 Hinc, apud unanimes si convivator amicos  
 Adsis, haud dubites, verba jocosa loqui.  
 Ac ubi de lapidis rebus narratio cepta est,  
 Si jucunda aliis commemorare velis,  
 Omnia perspicue ut narres, sub imagine quadam,  
 Effigies verbis est adhibenda tuis,  
 Adde notas, signa addere rei, memorandaque multas  
 Adde notam certi temporis, adde locum.  
 Junge hominis mores ridicula verba locuti,  
 Et subeant animum millia multa tuum.  
 Adde rei flores, & persuadentia verba,  
 Ut, nisi quod verum est, nil videre loqui.  
 Non tamen, ut Mimus quidam videaris & actor,  
 Corpore vel manibus gesticulator eris.  
 Non agis, at narras, narrantis munere fungi  
 Talibus in rebus te meminisse decet,  
 Est opus hic potius culta tibi dote Minervæ,  
 Qua prohibente, male, quæ facis, illa facis.

Narranti

Narranti vultus non durus & horridus adsit,  
 Nunc vacuum rugis tristibus esse decet.  
 Namque decens facilem commendat gratia vultum,  
 Et magis interdum quam jocus ipse placet.  
 Quis dubitat? Quos ille jocos qua fronte lepores  
 Dicet, cui facies Stoica, torva, serox?  
 Qualibus ille oculis narrabit & ore fabellam?  
 Denique digna joco qua ratione dabit?  
 Scilicet ornatum vultum tibi detrahit omnem,  
 Omnia dicendo prodigiosa facit.  
 Ut bene Theristes norit præcepta jocandi,  
 Ac sciat ex illis multa faceta loqui.  
 Si tamen incipiet vultus nova verba sereno,  
 Turbabit dictis pectora lata suis.  
 Denique si loquitur, semper monstrosa loquetur,  
 Verbaque certe ipso pone timenda sono,  
 Causa erit in terro distortus corpore vultus,  
 Causa erit indignis lingua tremenda modis.  
 Tanta creatricis, vulgata potentia, regnans  
 Naturæ, lepidum sola gubernat opus,  
 Illa homines ut displiceant hominique probentur,  
 Illa alios aliis posse placere dedit,  
 Illa dat ingenium, formam decus atque lepores,  
 Illa dedit vitæ munere posse frui.  
 Est aliquid studium, laudatur carmine vatum  
 Artifices doctos quos facit, usus, habens.  
 Hunc quoque naturæ forsitan conferre licebit,  
 Illa tamen multo est nobilitate prior.  
 Denique naturæ nullo vincuntur ab usu,  
 Nam divina homini, quæ dedit, illa dedit.  
 Nota quidem res est, sed non indigna probari,  
 Et cur non etiam nota probare licet?  
 Cur dedit ingenium studiis natura paratum,  
 Illi qua dederit conditione, vide.  
 Non habeat tantum, sed qualibet ardua tentans  
 In studio, ingenii vi superare queat.

Hac illi (quia sunt etiam) leviora videntur  
 Quam stolidæ lingua garrula lingua loqui.  
 Sic aliquos vidi non præmeditata loquendo  
 Ingeniis verbis multa faceta loqui.  
 Causa erat eximia natura dote juvari,  
 Causa erat ingenium tendere posse suum.  
 Non ea contingunt præstantia dona cui vis,  
 O quam natura est rarius illud opus.  
 Sive tamen magna ingenii te dote beavit,  
 Sive tibi pectus vix mediocre dedit.  
 Hac animo subcant, Non omnia possumus omnes,  
 Nec dubites semper multa deesse tibi,  
 Utere natura, præstantibus utere donis,  
 Nullus id infandum credidit esse nefas.  
 Dic alias tamen esse aliquid, dic posse volentes  
 Omnia, nec studio nil tribuisse velis.  
 Illa adeo nunquam subeat persuasio mentem,  
 Omnibus ingeniis acrius esse tuum.  
 Vix sibi in humanis constat mens optima rebus,  
 Sensibus interdum fallitur illa suis.  
 Sæpe quis ingenium sibi sinxerat esse jocosum  
 Qui tamen in salibus prorsus ineptus erat.  
 Atque ita dum valde lepidus contendit haberi,  
 Quam cupit, esse minus nil tamen esse potest,  
 Et quia se credit multum præstare jocando,  
 Errore insulsus fit magis ista suo.  
 Quo magis ô juvenis, ne talis opinio fallat,  
 Neu tali sensu decipiari, cave,  
 Nec tantum, ingenium si non est dotibus amplum,  
 Te pudeat vita pœniteatque tua,  
 Crede mihi, in centum vix est mortalibus unus,  
 Qui flecti ad lepidos non queat arte jocos,  
 Arte, ferat, rabidos ursos, aprosque domamus,  
 Ars hominis in studiis omnia posse dedit.  
 Omnia vincuntur studio, ceduntque labori,  
 Perfectumque facit, quod labor urget opus,



Ergo jocos lepidosque sales evince volendo,  
 Natura studio damna repende tua.  
 Ingeniumque decet mediocre, impendere curam,  
 Ut studio superes, sic quoque magnus eris,  
 Quandoquidem non forma decus modo corporis addit  
 Ars etiam claros ingeniosa facit,  
 Auctor & inceptor Phrygiae scriptorque fabellae,  
 Corpore deformis, pectore clarus erat.  
 Ut careat forma, nihilominus arte probatur,  
 Et certe multum, qui valet, arte volet.  
 Nota cano, sed nota etiam didicisse juvabit,  
 Forsitan & laudis non nihil inde feres,  
 Haec tamen ex rebus qua sit ratione jocandum  
 Imparibus docuit nostra Thalia modis,  
 Qua bene si noris, neque enim novisse pigebit,  
 Ingenii vires experiare tui,  
 Nec nostris contentus eris, majora requires,  
 Ut facile invenias jam tibi plana via est.  
 Utere carminibus certo velut indice nostris,  
 Sic instar statuæ Mercurialis erunt.  
 Quot cælum stellas, quot habet mare flumina & uncas  
 Quot nunquam domitas sylva Bohema feras,  
 Tot (mihî crede) dabit dulces res ipsa lepores,  
 Ante oculos veniet commoda & apra tuos.  
 Sive petis juvenem, cum quo ratione joceris,  
 Mille jocos atas laetior illa dabit.  
 Quoque valent studio, multum jocus inde placebit,  
 Inde etiam noris ludere posse sales,  
 Seu te forte juvat, verulis qua convenit atas  
 Et cupis annosos exhilarare senes,  
 Sponte tibi obvenient tarda placitura senectæ  
 Plurima, qua varium tempus & hora dabit,  
 Plurima dicentem quoque præsens causa monebit  
 Præsentis memorem temporis esse decet.  
 Hac memori si pauca animo præcepta tenebis,  
 Acceptus salibus culibet esse potes.

*Si modo res cura est, ut convenientia spectes,  
Quae bene conveniunt, omnibus illa placent.*

*Quam tibi praecipue decet hic impendere curam  
Namque joci ex rebus crebrior usus erit.*

*Quandoquidem bene praevisam rem verba sequuntur,  
Ponenda in verbis ultima cura tibi est.*

*Et tamen & varie nihilominus ille probatus,  
Qui venit ex dicto conveniente, lepos.*

*Hic vatum exemplo te fingere posse, necesse est  
Plurima, fingendo nam jocus ille valet,*

*Quaris an hoc liceat? Mendaces fingere nugas,  
Non licet, at doctis fingere multa licet.*

*Plurima ditibiloqui norunt effingere vates,  
Hac laus officii est Musa diserta tui.*

*Inde Poëtarum summus laudatur Homerus,  
Hinc & Virgilii fama perennis erit.*

*Sape movet mentes hominum sub imagine veri.  
Sape etiam meruit fabula ficta fidem.*

*Objicis, Indocti quoque plurima fingere norunt,  
Et qui non possit fingere nullus erit.*

*Est ita, sed stolidi sunt prorsus inania vulgi  
Fagmenta, & nullis ingeniosa modis.*

*Quis probet ingenium? si mundos mille veraces.  
Et fingas motum quemque tenere suum?*

*Quis figmenta probet? si quemlibet absque labore  
Cælestes dicas scandere posse domos?*

*Si dicas magno ruiturum pondere cælum,  
Quis nisi mentis inops hac tua dicta probet?*

*Ergo ea quae finges, moneo sint proxima veris;  
Absurdum dictu quod foret omne fuge,*

*Quod nisi, quid tempus, quid postulet hora, videbis  
Quid persona, locus, prorsus ineptus eris.*

*Fingito, sed studeas ne quis mendacia credat,  
Neve queri possit dura fuisse cave.*

*Sed probet in verbis adjunctos arte lepores,  
Et tamen hac eadem ficta fuisse neget.*

Hac est nobilitum vigilans prudentia vatum.  
 Et studium & facilis vena imitanda tibi.  
 Ingenii vires, ars exercenda, labores  
 Vincendi, & parvo tempore doctus eris.  
 Labitur in pejus si sit rubigine laesum  
 Nec manet in genio quod fuit ante decus,  
 Sicut in umbrosis, & sole carentibus illis,  
 Si qua fuere diu forte reposta, locis.  
 Si non versentur, canescunt tempore parvo,  
 Et gelido cornas omnia plena situ.  
 Ergo intende animum, videas qua nomina possint  
 Ad lepidos stecti, qua ratione, jocos.  
 Multa quidem natura illis inidonea fecit,  
 Quae nimis ingrato sunt metuenda sono.  
 Multa tamen reperire licet satis apta jocando,  
 Multa tibi Latium, Gracia multa dabit,  
 Tu modo ne tumidus forte ista vocabula spernas,  
 Nec dicas, pueris convenit iste labor.  
 Crede mihi, lepidi nonnunquam gratia dicti  
 Non levius, quam vox seria, pondus habet.  
 Hic quoque sunt leges, sunt & praecpta, sed illis  
 Non nimis adstrictum legibus esse volo:  
 Nec tamen audacter jubeo violare, quid ergo?  
 Ut semper maneas inter utrumque volo.  
 Litera nominibus nonnunquam dempta venustis,  
 Aptior est multo quam fuit ante, jocos,  
 Addita nonnunquam placet, & lepida arte probatur  
 Non sine praescripta conditione tamen,  
 Sape etiam in lepidis mutantur syllaba dictis,  
 Sape etiam verbo syllaba dempta placet.  
 Quis negat esse jocum? cum dicitur aptus arande  
 Nominis Orator proximitate sui?  
 Vertitur hic vocis sonus, & natura, decusque  
 Inque alium migrat, quam fuit ante, statum.  
 Nomine sic medicus poterit mendicus haberi,  
 Irus & inverso nomine Cyrus erit.

Vidi ego qui placidus memorabile nomen habebat,  
 Ut versa esset acidus syllaba, dictus erat,  
 An male detortis amentem vocibus illum.  
 Dixeris omnino qui furiosus amat?  
 Et facili fiet studio, nulloque labore,  
 Unica mutetur litera, risus erit.  
 Tantane de summo tibi nata potentia caelo?  
 Aut Jovis imperia litera parva tibi est?  
 Tu superas variis mutatum Prothea formis,  
 Ipse etiam inferior Polypus arte tua est.  
 Ille potest vario sese mutare colore,  
 Sunt habitus varii corporis inde sui.  
 Tu facili ratione potes, vitamque statumque  
 Et formam nullis non variare modis.  
 Fit subito si tu cupias, ex di vite pauper,  
 Fit subito magnus qui modo parvus erat.  
 Sicut es, in nostro tu pars eris una libello,  
 Te semper multo laudis honore colam.  
 Scilicet ut reddas mutato in corpore formam,  
 Restituasque iterum quod fuit ante decus.  
 Non tuus hic ludus, seu transformatio rerum,  
 Saepe jocosa fuit, seria nulla fuit.  
 Tu quoque Cecropii juvenis studiose leporis  
 Hanc cole, & his dignam versibus esse puta.  
 Atque ubi culta satis fuerit, si culta placebit  
 Ulterius studio progrediare tuo.  
 Nomina singe suis bene convenientia rebus,  
 Nec tantum efficiat litera sola jocum.  
 Nomina facta placent, dictus pro di vite pauper  
 Impositoque alio nomine risus erit.  
 Fac hunc Alcidem, fac illum Thesea magnum,  
 Fortis in infernis vallibus iste fuit,  
 Hic est dic Orpheus Cithara qui ludere novit,  
 Ille canens fidibus doctus Arion erit.  
 Ille vel ille alii, Nam plurima nomina possunt  
 Egregia effingi, sin minus, apta tamen,

Sic vaser ingenio poterit vulpecula dici,  
 Euclio qui nummos numinis instar habet.  
 Eloquio clarus culto facundus Ulysses,  
 Justus Aristides dictus amator erit.  
 Sexcentis aliis poteris facundus haberi,  
 Et praesens tempus millia multa dabit.  
 Quid queat ambiguus in vocibus esse leporis,  
 Quid possit dubitans ἀμφιβολία, vide.  
 Quid valeant lepidis conficta anigmata verbis,  
 In quibus ipse jocus seria mula regit.  
 Quid referam veterum clarissima dicta Sophorum?  
 Quae sunt in sensu pulchra faceta gravi  
 De quibus egregius nunquam moriturus Erasmus,  
 Eximio studio condidit auctor opus.  
 Hinc aliquis referens vel bis duo verba jocando,  
 Sape habitus magno dignus honore fuit,  
 Sunt etiam multa celebrata Proverbia laude,  
 Quae tibi pulchra satis lingua latina dabit.  
 Oedipodes tibi sunt, quicumque anigmata solvunt,  
 Ingenioque vident qui tua dicta suo.  
 Sin minus hoc liceat, sua conjectura placebit  
 Cuilibet, & risus omnibus illa dabit.  
 Multa jocosa etiam sermone latentia recto  
 Dicimus, & variis conjicienda modis.  
 Sape etiam terrere minis, promittere verbo  
 Est jocus, & pulchri signa leporis habent.  
 Non ea sub nostras veniunt tamen omnia leges,  
 Monstratrix tantum nostra Thalia fuit.  
 Hoc moneo tantum, salibus mediocriter uti,  
 Ut certum possis imposuisse modum.  
 Tullius hoc olim vitio fuit ipse notatus,  
 Quod nimis in salibus luxuriosus erat.  
 Hac meminisse decet, certe meminisse juvabit,  
 Scilicet exemplo cautior esse potes.  
 Tunc bene desinitur, cum lusus pulcher habetur,  
 Cum placet & lepidus dicitur esse jocus.

Sicut cum tenero sunt omnia grata palato,  
 Tum stomacho, prodest quum cupit esse minus.  
 Quod nisi seruetur modus hic quoque in arte jocandi  
 Displicet, ingenuis qui sunt ante, jocus.  
 Nec placet illius ratio vel honesta jocandi.  
 Qui semel in partem criminis inde venit.  
 Inde cavere decet, ne cui moveatur amico,  
 Et salibus fluitans nausea forte tuis.  
 Plura tibi longum sunt observanda per usum.  
 Ille, artem facilem qui tibi reddat, erit.  
 Ille manus habiles reddit, fidibusque canoris  
 Applicat, artificem protinus ille facit.  
 Tu quoque sac usu vincas incommoda mentis,  
 Et mea non tardo pectore scripta legas.  
 Meque tuum vatem, & fidem profiteri Magistrum  
 Qui, quacunque dedi, non nisi plana dedi.  
 Quod si persuasum fuerit tibi, teque putabis,  
 Multa magisterio discere posse meo.  
 Sic docuisse alios mea Musa putabit, ut inde  
 Grande operapretium se retulisse sciat.

Finis Libri Secundi,

MATTHÆUS DELIO  
DE  
ARTE JOCANDI,  
LIBER TERTIUS.



*M* Actenus (ut nullo capta est novitatis amore) (fuit.

Et rudis & simplex nostra Thalia  
Quandoquidem rudis est, cui scribimus  
ista jocando,

Et rudibus tantum qua damus, illa damus.  
Quis modus & qua sit ratio, sermone jocandi,  
Diximus hac primum meta tenenda fuit.  
Jam superest nobis cœpti pars magna laboris,  
Lassaque vix medium Musa peregit iter.  
Ad nova, qui novus, nunc te certamina miles.  
Ire volo, & nova sunt castra petenda tibi.  
Vos iterum Charites precor adspirate canenti,  
Quod cano, de vestris laudibus omnia canam.  
Vos mihi proposita, ductus sequor ordine vestros  
Thesæa veluti fila ligata manu.  
Sancta precor tenuem nunc in penetralia vatem  
Ducite, sit vestras fas adisse domos.  
Vestibulum primum sacrataque limina vidi,  
Limina divino carmine digna cani.  
Nunc pergo ulterius, modo sit progressus ad ipsas  
Concessus sedes, & via plana mihi.  
Vos monstrate viam, qua semita ducat euntem,  
Vestrum opus est artes excoluisse bonas.  
Fallet: an hic circum mihi nunc florere videntur  
Omnia, & ornata sese aperire fores.  
Certe equidem patet introitus Charitesque vocato  
Adsunt, nosque ultro sub sua telia vocant.

I juvenis mecum, sacrataque tecta subintra,  
 Cujus Pieridum pectora tangit amor.  
 Qui tenet & didicit facilem quacunq; leporem  
 Efficiunt, scriptis non eget ille meis.  
 Acriter ad palma per se qui currit honorem,  
 Illi non opus est addere calcar equo.  
 Non opus est stimulis agitare ad aratra juvencos,  
 Qui dant servili subdita colla jugo.  
 Dic, an ei monitis qui sponte moveretur? an illi  
 Consiliis opus est, qui satis ipse sapit?  
 Sed quia perfectum, vel ab omni parte beatum  
 Rebus in humanis nil satis esse potest,  
 Crede mihi & summis rerum discenda Magistris,  
 Longa dies avi millia multa dabit.  
 Artifices discunt, & iis qua discere possint  
 Plurima suppeditat tempus & hora frequens,  
 Fertur ab indoctis didicisse insignis Apelles  
 Et laudem ingenii postposuisse sui.  
 Multa licet teneant docuit quos longior usus,  
 Non piget in validos discere multa senes.  
 Est vitium nescire, sed est didicisse voluptas,  
 Omnibus ingeniis convenit istud opus.  
 Ergo aliquis recte diceretur ineptus ab illo  
 Crimine, quod sese cuncta tenere putat.  
 Sic poterit forsan, qui nulla excultus ab arte est  
 Judicio Musis doctior esse suo.  
 Sed valeat propria qui laudis amore tenetur,  
 Discipulus certe non erit ille meus.  
 Cui mea Musa placet, qui te non scire fateris,  
 Omnia, tu semper carmina nostra legas.  
 Quod si pauca tenes, animoque priora notasti,  
 Hac praecepta labor discere nullus erit.  
 Quandoquidem jactata valet sententia vulgo,  
 Dimidium facti, qui bene cepit habet.  
 De causis quibus est pulchrum in sermonibus uti,  
 Si praecepta tenes traditam, multa tenes.



Quæ tamen ut noris certe non omnia nosti,  
 Restat adhuc aliud quod mediteris opus,  
 Non modo Cecropius lepor in sermone probatur,  
 Tenditur, & multo latius inde placet,  
 Scilicet & scriptis laus est bene posse jocari,  
 Nec minus hic salibus qui velit ille valet.  
 Hæc quoque præceptis aliquod te parte docebo,  
 Ut prius, hic etiam meta tenenda tibi est,  
 Hanc ego quam primam studio, perdiscere partem  
 Certe opera pretium grandius esse puto.  
 Scripta etenim ingenii nostri sunt major imago,  
 Et referunt certis pectora nostra notis.  
 Adde quod in scriptis nec libertate jocandi,  
 Nec quavis uti conditione licet.  
 Verba volant instar paleæ, pennaque volantis,  
 Quam subito volitans per mare ventus agit.  
 Sæpe aliquod dictum patulas præter volat aures,  
 Quod quicumque legit mente tenere potest,  
 Nempe ea quæ tarde sunt lecta tenacius hærent,  
 Inque animum facile est hæc revocare tuum.  
 Quæ sunt scripta manent & longo tempore durant  
 In ventos abeunt omnia verba leves,  
 Ergo aliud studium, quod scilicet omnia vincat,  
 Major & hic nunc est cura adhibenda tibi.  
 Est tamen hæc etiam parti cognata priori  
 Altera & alterius semper egebit ope,  
 Hos juvenis moneo conjunctim disce libellos,  
 Et subeant animo verba priora tuo.  
 Non ego nunc eadem repetam, qui proorsus inanis  
 In nostro versu tantologia foret,  
 Ipsum opus aggredior, lepide præcepta jocandi  
 Carmine seu prosa, pauca sed apta labo.  
 Si tua, quod multi faciunt, commune legentem  
 Edita judicium scripta subire velis.  
 Materiam scripti primum reperire labora,  
 Quæ bene Cecropiis competat acta jocis,

Hanc facile est reperire tibi cum postulat usus  
 Querere non opus est, tempus & hora dabit,  
 Seu minus, atque jocos rerum gravitate vel ipsa  
 Materia prægnaus non patietur opus.

Quid facias quæris? libeat spectare quod obstat,  
 Materia ratio est semper habenda tibi,  
 Inspice res ipsas, & causas inspicere rerum,  
 Omnibus hæc statuas anteferenda jocis.

Nulla faceta juvant inconuenientia rebus,  
 Atque à materia nulla aliena placent.

Si cognata tamen cognatis quælibet addas,  
 Forsan erit scripta causa probata tui.

Non ita, quin liceat causas mutare jocandi  
 Adstrictum nostris legibus esse volo:

Addere verba jocis proximus quæque suis.

Addere res alias aliis quandoque licebit,  
 Nam nihil est ulla quod scribi possit in arte,  
 Sic de doctrinis scribere nemo potest.

Ut non inueniat suavi satis apta lepori,  
 Et res est lepidis verba probata jocis.

Dic mihi num poterit prohibere Sophia lepores?

Si fuerit scripti causa Sophia tui?

Num Medicina vetat? num lata scientia Juris?

Quid vetat in numeris Naso Poëta tuis?

An vetat athereis cui clarum nomen ab astris  
 Cœlestes scrutans, Astronomia domos?

Nil vetat, in sacris nisi constans Regula scriptis,  
 Nil nisi præscriptum te jubet illa sequi.

Quo magis a salibus, cum scribis sacra, prophanis,  
 Nam decet, & rectum est, abstinuisse velim.

Non quia non fas sit sacris miscere lepores,  
 Quodque sacra Idaliis sint inimica jocis.

Sed quoniam varios referunt hæc secula mores,  
 Scribere quis variis moribus apta potest?

Quam facile est animum verbo offendisse legentis?

Quam facile est salibus posse nocere tuis?

Vive-

Vivere quem dicas, quin sit reprehensus ab illis?

Vipereo quorum pectora felle madent?

Cujus ab invidia non carptos esse libellos

Credibile est? quem non ha tetigere faces?

Sape aliis quibus est sincero in pectore candor,

Si qua placent, aliis displicuisse vides.

Sic animi variant hominum, nec opinio mentis,

Immutata diu, quae fuit ante, manet.

Cernis ut ingenium planum, moresque sequantur,

Judicia, & rerum pondere quaeque vacent.

Hic ait, admittunt suaves quoque sacra lepores,

Ille ait, in sacris non nisi sacra decent.

Nam vitium est summum sacra admiscere prophanis,

Quod quicumque facit sacra prophana facit.

Hac ego non fingo, sed idem res ipsa loquetur,

Dic mihi quis verum dissimulare potest?

Sunt qui Pierides manifesto crimine damnant,

Qui sacra non humili quo decet ore canunt.

Et qui liberior numeris concessa potestas,

Pieridum numeris sacra canenda negant,

O reprehensores, Momi saecunda propago,

O male iudicium turba secuta tuum.

Haud mihi difficile est tibi respondere, nec istud

Non ex proposito conditione mei.

Quid vetat Aonides sacris adhibere canendis?

Quid vetat & numeros sacra tenere suos?

An gravitas quae rebus inest? & nescia flecti

Versibus ad faciles verba sacrata modos?

Falleris & vanis motus rationibus erras,

Scilicet absurdum quilibet error amat.

Hic tibi gentiles quoque contradicere noris,

Qui bene perspectum non habuere Deum.

Pyndarus, in lyricis tribuit cui Gracia palmam,

Pierides primum vult celebrare Deum.

Nam quia divinos scribenda ad carmina motus,

Excitat ipse animis qui regit astra Deus,

Inge-

Ingenii vires merito conferre Poetas  
 Ad celebranda Dei nomina sancta decet.  
 Nataque divinis, laudandis carmine rebus,  
 Debet in officio Musa manere suo.  
 At levis est dicit, plerumque nec abstinet unquam,  
 Nugaci lingua garrulitate sua.  
 Nec levis est semper, nec garrula, saepe probatur,  
 Cum levis est, nec ab hoc crimen habere potest,  
 Si levitas vitium est semper, pars maxima vatium  
 Est levis, & vitio non caret illa suo.  
 Musa levis fateor saepe est, & garrula saepe,  
 Nec sibi figmentis displicet illa suis.  
 Sed nisi scurrilis levitas, si nulla reperta est,  
 Sic levitate caret, garrulitate caret.  
 Non levis ergo fuit, nec garrula Musa reperta est,  
 Sed potius dicam Musa jocosa fuit.  
 An vitium est etiam, si dicitur esse jocosa?  
 Ah pereat lepidos qui negat esse jocos.  
 Frigidus huic nimium est circum praecordia sanguis,  
 Et jacet in duro pectore dura silex.  
 Ille etiam in caelo Phœbum splendere negabit,  
 Et terram motus dicet habere suos.  
 Gnaviter ut sit enim perscripta frontis oportet,  
 Qui semel in rebus desit esse pudens.  
 Sed neget ille Deum, neget alti lumen olympi,  
 Telluremque neget, sidera clara neget.  
 Nil moror hac, neque quem talis dementia coepit,  
 Huic homini stulto carmina nostra damus.  
 Ille suos adeat Momos, petat inde quod optet,  
 Se nihil in Musas juris habere sciat,  
 Nec tamen insanis hic respondere volebam,  
 Et nihil hic prodest perdere verba mihi.  
 Ergo ad te redeo, cui Musa jocosa probatur,  
 Quodque nequit merito displicuisse, placet.  
 Hic jam quae mea sit sententia certa, videbis.  
 Forsitan & menti congruet illa tua,

Principio ut rebus divinis nata Thalia est,  
 Sacra canens, apte, quae canit, illa canit.  
 Ac licet ad certas adscripta sit undique leges,  
 Dum canit ad numeros sacra ligata suos,  
 Attamen ingenuos illi aspersisse lepores  
 Et licet & fas est, causa nec ulla vetat.  
 Sed minus ut vaga sit, quantum solet esse fabellas,  
 Libera cum vena liberiore canit.  
 Et facile est illi se continuisse, nec unquam  
 In numeris sibi non constitit illa suis.  
 Non moror hic vario pollutos crimine vates,  
 Qui cupiat versu laedere quemque suo.  
 Semper abutuntur divinis artibus illi,  
 Musaque iis vitio commasulata placet.  
 Sed nihil inde trahit vitii (nihil haeret in illo  
 Criminis) Aonidum, turba verenda, chorus.  
 Detestandus erit certo qui crimine damnat,  
 Quae sunt de rebus carmina scripta sacris,  
 Quique negat, sacris adhiberi posse canendis,  
 Ingenuis unquam verba faceta jocis.  
 Ista superstitio, quod res sit vana probamus,  
 Et quid enim tali vanius esse potest?  
 Dicimus, & sacris fas est aliquando lepores  
 Addere, sed certa conditione tamen.  
 Scilicet ut scripti lascivia carminis absit,  
 Nec faciat nimius sacra prophana jocus.  
 Impia quod faciunt quorundam carmina vatium,  
 Qui sacra infandi criminis instar habent.  
 Et subsannantes pietatis nomina vident,  
 Hoc immortalem est spernere velle Deum.  
 Ergo ubi sacra canunt, sese cantare fabellas  
 Materia numeris conveniente putant.  
 Relligio est illis jocus, & nugacia tractans  
 Fabula, quae variis flectitur una modis.  
 Sed neque materiam, neque res, sed carmina spectant,  
 Ah pereant per quos ista Thalia venit,

Et pereat, qui non cupit hos damnare Poëtas:  
 Hunc se laturos terra fretumque negent.  
 Quis probet illorum, quis scripta imitanda virorum  
 Censeat, ingenuos, ut petat inde sales?  
 Hoc erat à pleno vitiis Nerone, beate  
 Vivendi certum quarere belle modum.  
 Sed cui firma manet tendens ad recta voluntas,  
 Ille homines tales ceu fera monstra fugit,  
 Ille etiam suasu virtutis, ad optima fertur,  
 Et certe monitis non eget ille meis.  
 Qui tamen addubitas & adhuc in vepribus hæres,  
 Carminibus nostris certior esse potes.  
 Sin minus illa tibi sananda ad vulnera mentis  
 Sufficiunt, levius scriptaque pondus habent.  
 Inspice doctorum præclara exempla virorum  
 Et faciant certam carmina docta fidem,  
 Non modolux verbi & pietas quibus alma reduxit,  
 Sacula, laudatos, nostra, tulere viros.  
 Carmine qui celebrent sacri mysteria verbi,  
 Atque canant numeris sacraligata suis,  
 Verum etiam multos tulit atas prisca Poetas,  
 Qui coluere pias cum pietate Deas.  
 Et quia sunt vario celebrati nomine laudis,  
 Quum nunc de sera posteritate ferunt.  
 Hos tibi ceu veros (moneo) propone Magistros,  
 Qui possunt Musas erudiisse tuas.  
 Doctus honorandos cecinis Prudentius hymnos  
 Complexus variis nil nisi sacra modis.  
 Illius in templis hoc tempore scripta canuntur,  
 Doctorumque hominum semper in ore vigent.  
 Mira Euangelion scripsit brevitate Juuencus,  
 Crede mihi, brevis ingeniosa placet.  
 Nostra Cremonensem foverunt sacula Vidam,  
 Quem sibi Virgilius dixerit esse parem.  
 Illius in manibus nostris versatur, & extat,  
 Christiados, merito quod celebratur, opus.

Quid

Quid silcam? dignum præstanti laude Poëtam:  
Qui fuit Hæssiaci lumen & aura soli.  
Et fuit & nunc est, quis enim non esse putaret,  
Quem pia Semideum scripta fuisse probant.  
Quamvis mortalis spoliatum munere vita,  
Novimus, at scriptis vita perennis erit.  
Huncce Germanum, monco, Germanus Homerum  
In manibus teneas nocte dieque tuis.  
Inde venustates, scribens, suavesque lepores,  
Si quod habent pondus carmina nostra, petes.  
Quod si contigerit minus hunc æquare Poëtam,  
Ingenio aut vena fertilitate tua.  
Frugiferum tamen & multum prodesse videbis,  
Optima principio proposuisse tibi.  
Hactenus exposui, quæ sacris Musa canendis  
Conveniat, brevis hic nostra Thalia fuit.  
Namque ea res summam curam, studiumq; requirit,  
Debet & in sacris ravior esse jocus.  
Adde quod hic varia est stolidi sententia vulgi  
Omniaque hæc nostra latius arte patent.  
Ergo hic non volui multas præscribere leges.  
Propositi sensus non fuit ille mei.  
Nec jubeo multum nostris considerare dictis,  
Sed neque momenti nullius esse puteo.  
Quære aliam potius, quæ competat apta jocando,  
Materiam, & lepidis quæ sit amica jocis.  
Finge tuo Marte ipse aliquid, res elige letas:  
Has quacunque voles, sinxeris arte licet.  
Sive placet lepidos vati conscribere versus  
Ac inventa suis verba ligare modis.  
Est sua libertas doctis concessa Camœnis,  
Semper & in versu est, libera Musa tuo.  
Non est alterius præscriptum ubicunque sequendum,  
Sed licet interdum finibus ire suis.  
Sive aliquid scripturus eris sermone soluto,  
Quis dicat lepidos posse deesse sales?

Sicut

Sicut enim variis mutantur cerea formis  
 Corpora, Nam digitis res valet apta tuis.  
 Nunc hominis, nunc effigiem designat a selli,  
 Nunc piscis, volucris, nunc Leo, nunc sit aper.  
 Sic licet in varias scriptum deducere formas  
 Quod de te natum est, cujus es ipse parens.  
 Sed tamen ut classes habeas, formasque jocandi,  
 Parte aliqua in scriptis nostra opus arte tibi est.  
 Ne velut ignotis erres peregrinus in oris,  
 Qui non exactum quo sit iturus habet.  
 Ergo aliquas leges non stricte ubicunque, sequendas,  
 Præscribam, & breviter commonuisse sat est.  
 Principio ingenii cupias cognoscere vires,  
 Et ratio studii sit tibi nota tui.  
 Denique, si sapias, totam perpendere vitam  
 Metiri que tuo te velis ipse pede.  
 Crede mihi magnam laudem & memorabile nomen  
 Omnibus in rebus  $\gamma\omega\delta\iota\sigma\tau\alpha\upsilon\lambda\omicron\nu$  habet.  
 Et facile efficere est ut sis tibi notus, id ipsum  
 Vita homines cunctos quotidiana docet.  
 Quid tamen hoc profit, quæris? præceptaque forsitan  
 Qua minime profit discere, parva vocas.  
 Parva quidem fateor, sed deducuntur ab illis  
 Maxima, de parvis grandis acervus erit,  
 Si bene te noris, ratione jocaberis illa  
 Qua decet, & salibus sponte disertus eris.  
 Id fiet si materiam tibi sumpseris illam  
 Qua sit, ut esse decet, viribus apta tuis.  
 Sponte tibi obvenient, quæ scribas grata legenti  
 Plurima, nec paucos res dabit ipsa jocos.  
 Si Medicus doctam profiteri Machaonis artem,  
 Et non, laudata prorsus ab arte rudis.  
 Offeret ipsa tibi pulchros Medicina lepores  
 Illa potest verbis addere verba tuis.  
 Scilicet excuties & singula que quo notabis,  
 Accedet numero copia magna tuo.



Et quos enim melius quam quæ sibi cognita scribet,

Quando ea quæ nescit scribere nemo potest,

Cui placet & nota est præclara scientia legum,

Qui sacri Juris cognitione valet,

Hinc varii casus, varia sine pondererixa,

Plurima quæ scribat verba jocosa dabunt.

Scribentemque sui officii studiique monebunt

Misceat in scriptis ne peregrina suis.

Si tibi Pierides, & eorum scripta probantur,

Si pia Pegasei numina fontis amas.

Ipsa jocos varios ultro dabit, atque lepores,

Ipsa reget calamum docta Thalia tuum.

Nec tamen usque adeo leges astrictus ad illas,

Ut modus hic non sit transiliendus, eris.

Non volo materia semper verferis in una

Non lepidos semper res dabit una jocos.

Et licet, & fas est suaves aliunde lepores

Quærere, non istud dicimus esse nefas.

Sed quod conveniant procul accersita, negamus,

Hæc res ingenio est perspicienda tuo.

Disce bonas artes, præstans doctrina probatur,

Ilta tuum calamum non sinet esse rudem.

Volve manu crebra veterum monumenta Saphorum.

Nam prodest salibus lectio crebra tuis.

Perlege & historias & dulcia carmina vatum,

Volvere scriptorum proderit omne genus.

Dixerit hic aliquis, Res infinita, Nec isti

Sufficiens ullus forsitan esse potest.

Est ita perfecte si quis perdiscere tentet

Omnia, nec finem est res habitura suum.

Verum ego te jubeo digitis attingere summis

Optima, quæ lepidi sunt alimenta joci.

Sicut apes teneros primum depascere rores,

Postea in alveolis mellificare solent.

Elige quæ salibus præpollent scripta facetis

Elige scribendo quos imitare viros.

Perspice, qui prosa valeat, qui carmine praestet,  
Debet enim studiis neuter abesse tuis.

Doctiloquus (moneo) placeat tibi semper Erasmus  
Cujus utroque patet scripta sub axe legi.

Sunt ea blanditiis & suavi tineta lepore,  
Sunt passim lepidis scripta referta jocis.

Quo libet ista trahunt animos, retrahuntq; legentum  
Ut capiant nulla tadia longa mora.

Sicut Apellea depictas arte tabellas,  
Ingenti studio, qui videt, ille videt.

Infixosque oculos retinens minatur & haeret,  
Lustrandique magis tempore crescit amor,

Hac moveant; ut scripta legens imiteris Erasmus,  
Inde seres studii commoda multa tui.

Inde sales, discas & res & verba leporum,  
In scriptis quorum crebrior usus erit.

Vatibus à summis suaves quoque discas lepores,  
Discas, sed à doctis tu quoque doctus eris,

Non hos longinquis opus est accersere terris,  
Quin tua permultos Bibliotheca dabit:

Perlege Nasonis celeberrima scripta Poëta  
Scripta per aeternos non moritura dies.

Inde venustates, velut ipso ex fonte leporis,  
Ac velut ex cornu liberiore fluunt.

Est quoque in Ausoniis laus prima Terentius oris,  
Cui merito palmam Comica turba dedit.

Ille tibi volvendus erit manibusque tenendus,  
Hoc tibi non alius carior auctor erit.

Hunc tibi praecipuum (moneo) propone Magistrum:  
Ille sit ante oculos nocte dieque tuos.

Quaris, in his quae sit ratio observanda leporum,  
Quaque sit utilitas inde petenda tibi.

Discas ea quae lepidis sunt convenientia scriptis,  
Discas ea, quae scriptis sunt imitanda tuis,

Quae sit ridiculis sententia tineta figuris,  
Quae sint in scriptis mystica verba, vide.

Si quid

Si quid hyperbolice dicatur, id omne placebit,  
 Vatibus eximiiis convenit iste jocus.

Non minor Emphatici est animo violentia dicti,  
 Sape joci in scriptis Emphasis auctor erit.

Et placet assimilata aliis res, si qua venuste  
 Auditur, & lepidis convenit apta jocis.

Quid memorem suaves, plenasque lepore fabellas,  
 Addit enim scriptis fabula scripta decus.

Quid lepidos versus? salibusque jocisque refertos?  
 Quid tribuam laudis suavibus historiis?

Ut taceam in multis jocunda proverbialia scriptis,  
 In quibus egregius splendor inesse solet.

De quibus illa animo repetens ex parte requiras,  
 Qua prior hoc numero nostra tabella dedit.

Illa tuis adhibe scriptis, & consule mentem,  
 Plura jocosa dabit forsitan illa tibi.

Denique sic adijunge sales, sic adde lepores,  
 Propositi ratio constet ut ipsa tibi.

Ne, nimium tribuens salibus, videaris inepte  
 Non ea quæ res sunt ac peregrina loqui.

Historias narras? non te narrare fabellas  
 Cogita, & ex rebus quas canis adde jocos.

Hæc animum subeant, memoremque per omnia men-  
 Propositi reddant admoneantque tui. (tem

Sit jocus ex rebus doctis, sit idoneus auctor,  
 Qui possit calami jura novare tui.

Nam si fecundam venam natura negavit,  
 Et phrasis ex aliqua parte coacta tua est.

Disce jocos, scriptis tempestivosque lepores  
 Addere scribendo vel Theophrastus eris.

Et simul erudiant simul admoneantque legentem,  
 Multa etiam possunt dissimulare joci.

Invidia non sis prava temerarius auctor:  
 Nec tua quem libeat carpere scripta velint.

Quod si te capiet præcepti oblitio nostri,  
 Qua fugias odium nulla relicta via est.

*Invidia rursus caca lacerabere morsu,*  
*Scriptaque vix ullus quin tua carpat, erit.*  
*Nam si diuinum detrectans livor Homerum*  
*Dentibus intactum non finit esse suis:*  
*Dic mihi quid mirum? si spirans Colechidos herbam*  
*Conetur libros carpere lingua tuos?*  
*Ergo habeant magnum praecepta levissima pondus,*  
*Illorum in scriptis maximus usus erit.*  
*Diximus, in scriptis qua sit ratione jocandum,*  
*Si cupis à multis edita scripta legi.*  
*Nunc breviter dicam quid litera scripta requirat*  
*Litera sermonis nuncia facta tui.*  
*Firmiter haec animo absentes conjungit amicos,*  
*Atque homines vincolo proximiorè ligat.*  
*Hac conservat amicitias, conservat amorem,*  
*Hac facit ut longo tempore duret amor.*  
*Si tamen in scriptis servetur ubique decorum*  
*Litera nec salibus fiat inepta tuis.*  
*Nam nisi sit lepidus, nisi tempestivus, & aptus,*  
*Et nocet, & nostra non valet arte jocus.*  
*Sape simulates, odium, saepe excitat iram,*  
*Sape etiam invidia litera causa fuit.*  
*Ergo quibus tandem mittatur Epistola, primum*  
*Cura sit, ingenio posse videre tuo.*  
*Inde modus totus debet pendere jocandi,*  
*Hac omnes stabunt conditione sales.*  
*Scribis ad ignotos? Salium sit parcior usus,*  
*Ludere velle joci ne videare tuis.*  
*Lude sales, caute suaves asperge lepores,*  
*Si ratio scripti non vetet ipsa tui.*  
*Unde petas res ipsa dabit, res ipsa monebit,*  
*Inspice res ipsas, sponte disertus eris.*  
*Nec tamen astrictum rebus neque cedere rebus,*  
*Inter utrumque magis posse manere, velim.*  
*Sape jocos praeberè potest occasio scripti,*  
*Illà potest scriptis addere multa tuis.*

Sape jocos locus ipse dabit, quo litera missa est.

Tum quoque causa joci nuncius esse potest.

Quid memorem tempus, quideam qua scripseris ho-

Quid merita officiis extenuata suis? (ram?)

Denique quid varios casus? quid plurima rerum

Nomina? qua nostra latius arte patent.

Hac tibi scribenti sunt observanda, nec unquam

Officii ratio est praetereunda tibi.

Nil vetat interdum lepidas narrare fabellas,

Sape fuit suavi fabula digna joco.

Quod si liberius tentabis scribere quidquam,

In numeros coeat litera tota suos.

Addere sic multum, sic fingere multa licebit,

Qua nisi sit carmen litera nulla feret.

Quod tamen ignoto scribas non excidat unquam,

Illius inprimis te meminisse decet.

Quae nova sunt fugias, consuetaque verba jocanda

Cura sit & salibus pauca adhibere tuis.

Sit pudor in verbis, non sint adversa decoro,

Sic potes ignotum demeruisse tibi.

Scilicet ex scriptis aliquis cui mentis acumen,

Agnoscet mores ingeniumque tuum.

Ex salibus si sint lepidi non crimine digni,

Ingenuos mores colligit esse tuos.

Sin minus & nusquam jocus est, aut ulla venustas,

Te genitum rabidis judicat esse feris.

Teque tuosque odit mores, quis amaverit illum,

Cui non est roto corpore mica salis?

Ergo etiam ignotis tua litera missa placebit,

Si lepidis modice floreant illa jocis.

Si modus, ut dixi, certus teneatur in illis,

Si fuerit scripti forma pudica tui.

Verum ubi sincero forsitan mittetur amico

Litera sermonis nuncia facta tui,

Quo tibi cunque libet pacto licet esse jocosum,

Quidquid ei cupies scribere, scribe jocos.

*Omnia namque placent synceros inter amicos.*

*Quorum non falsus pectora junxit amor,  
Hic tibi non opus est monitis, sed longior usus,  
Ostendit multo hac commodiore via.*

*Sic brevibus saltem monitis docuisse volebam,  
Pauca ea sufficiunt, & monuisse sat est.*

*Tu praecepta volens numerum mea cogere in unum  
Ex paucis tandem magnus acervus erit.*

*Hunc etiam librum, si non piget adde priori,  
Fons etenim primus posterioris erit.*

*Mequetuum vatem (tenuem licet) atque Magistrum  
Dilige, qui ex animo quae dedit, illa dedit.*

Finis Libri Tertii.

MAT

MATTHÆUS DELIO  
DE  
ARTE JOCANDI,

LIBER QUARTUS.



*Ltimus in cursu labor est stagnanti-  
bus undis,*

*Nostra petens portum nunc quoque  
navis eat.*

*Hanc tibi non liceat turbare potenti-  
bus Austris,*

*Eole quam perdas Dardana classis erit.*

*Est pluviis inimica, furentibus invidet Austris,  
Nam semper fragilis nostra carina fuit.*

*Numina vestra regant, Charites & ut ante gubernent  
Inceptum cursum Numina vestra regant,*

*Hic jam vester honos, hic laus & gloria crescet,  
Gloria divino carmine digna cani.*

*Quanta sit utilitas, quis honor, quæ cura jocorum.  
Exponet brevibus nostra Thalia modis.*

*Disce tuum juvenis qui me cupis esse Magistrum,  
Permultum studio laudis inesse tuo.*

*Et qui nostra tenes suavis præcepta leporis,  
Te studio indignum nil didicisse puta,*

*Hic tibi picturam referam prius, inde probandos  
Non una dices utilitate jocos.*

*Qua patet ad Charitum sedes ingressus amandas,  
Altaque Parnassi sydera tangit apex.*

*Lignea dissimili variata colore tabella,  
Pendet ad ornatas conspicienda fores.*

*In medio artificis dextra depictus, & idem  
Distinctus geminis partibus hortus inest,*

*Altera pars violis florens herbaque pubenti  
Veris & Autumni signa viventis habet.*

Hic herba & frutices, hic sunt dulcissima poma,  
Et sua vix arbor pondera ferre potest.

Somniferam præbet tener hic quoque Pampinus um-  
Nec solidas vires ardor & æstus habent, (bram)

Virgineas passim ducentes arte choreas,  
Alternis gaudent saltibus ire Deæ.

Egregii fidibus juvenes citharæque canentes  
Suavisonis cantant carmina facta modis.

Una alias virgo reliquas supereminet omnes  
Lætitia adscriptum sic (puto) nomen habet.

Hic hymeneus adest, qui mutua fœdera jungit,  
Et fidibus Pæan dulcibus ille canit.

Sunt Musa & Charites, studium quibus omnibus  
Pectora Cecropiis exhilarare jocis. (unum)

Quid memorem varios cantus modulosque sonantes?  
Quid varios plausus lætitiæque modos?

Quid multis? uno complectar ut omnia verbo,  
Omnia sunt studiis, omnia plena jocis.

Alterâ distincti pars non est fertilis horti,  
Gramina cuncta istic arida facta jacent.

Perpetuo veluti quondam languentia somno  
Omnia nil dignum quod celebretur, habent.

Omnia quo te cunque refers pallentia cernis,  
Et folia arboribus plane inimica suis.

Hic dolor & luctus, facies hic Stoica regnat,  
Invisis facies torva superciliis.

Quid dicam? nihil hic lati est, neque cernitur ullus  
Cui sit in immenso corpore mica salis.

Hic ibi Apelleo tibi sunt depicta colore,  
Artifici ut videas omnia picta manu.

Addita non paucis est explanatio verbis,  
Illa docet pulchrum quod tibi formet opus.

Vita duplex gemini sub imagine pingitur horti,  
Attribuit veras pictor utrique notas.

Alterâ quam pavidis curis vitæque necesse est  
Altius humanis exeruisse caput.

Scilicet



Scilicet à strepitu vulgi & clamore remota est,  
 Ac placida semper parce quieta manet.  
 Convenit hac illis quibus est didicisse voluptas,  
 Quique piis Musis nocte dieque vacant.  
 Sic tamen ut studium quandoque remittere tenent,  
 Oriaque interdum non inhonesta sequi.  
 Nam decet & licita est alterna remissio Musis,  
 Alternam requiem qui studet omnis amat.  
 Sic donec licuit, quibus a vo contigit uti,  
 Vita carens strepitu vatibus acta fuit.  
 Credibile est illos tranquilla tempora vita,  
 Fortuna cunctis praposuisse bonis.  
 Pierides Naso Peligna gloria gentis,  
 Praposuit Gazis Cræse superbe tuis.  
 His olim varios sibi conciliauit amicos,  
 Nunc laudem seræ posteritatis habet.  
 Plurima scripta jocos variis ornata reliquit,  
 Quæ sunt perpetuo non moritura die.  
 Quid memorem Romane etiam tua scripta Tibulli?  
 Quid laudem ingenium doctæ Catulle tuum?  
 Sic etiam Andinus vates, sic vivit Homerus,  
 Qui cecinere suis Troica bella modis.  
 Horrida bellandi sævique pericula Martis,  
 Res gravis & lepidis plane inimica jocos.  
 Qui tamen hæc ab iis versu descripta videbunt,  
 Dicent in media est hic gravitate jocus.  
 Nam voluere quidem jucunda legentibus essent,  
 Ut fierent lepidi tristia bella joci.  
 Adde quod interdum posita gravitate canendi  
 Carminibus dulces lusit uterque sales.  
 Ludicra cum vanis murum descripsit Homerus.  
 Prælia quæ lepidis res magis apta jocos?  
 Pastorum facili noster Maro lusit avena,  
 Materia salibus conveniente suis.  
 Quid moror in vatium studiis? Musa ipsa Poëtas  
 Et regit, & pellit, nec finit esse feros.

*Ipse etiam eloquii verus pater unus & auctor,  
 Quid melius dulci censuit esse joco?  
 Cui licet haud levibus peragenda negotia curis,  
 Et fuerit tanti cura tenenda fori.*

*Musa tamen placuit, fuit haec recreatio vitae  
 Huic studii cupidus tempora multa dabit.*

*Omnibus haec doctis placet, & ratio omnibus una est  
 Pectora Cecropiis exhilarare jocis.*

*Pectora, quae nimio studii defessa labore,  
 Nil melius studiis, quo recreentur, habent.*

*Non aliter quam si telum quem fixit acutum,  
 Scorpius & morti damna propinqua dedit.*

*Utitur his ipsis, qui jam nocuere venenis,  
 Et petit ex illo, qui modo laesit, opem.*

*O fortunatos, quibus haec medicina paratur,  
 Et licet hac vitae commoditate frui.*

*Altera quam pingit locus alter inutilis horti,  
 Vita carens salibus Stoica dicta manet.*

*Hac gravis, haec semper multis obnoxia curis  
 Permanet, ac tor vis plena superciliis.*

*Convenit haec Cynicis, morosis omnibus illis,  
 Qui sibi non ipsis vivere tarpe putant.*

*Cognitione hominum quae sunt dignissima tractant  
 Atque suum studium nobilitate probant.*

*Omnia sed tenebris studio est involvere cecis.  
 Mens illis suadet non nisi vana sequi.*

*Inde ea quae fuerant jucunda legentibus olim,  
 In mundo reddunt omnia plena situ.*

*Certa in iis gravitas odiosa & tetrica regnat,  
 Dispereant quibus haec Stoica vita placet.*

*Hanc duplicem gemina demonstrat imagine vitam  
 Quae modo descripta est picta tabella tibi.*

*Altera praefertur quae vatibus optima visa est  
 Emicat & vario est dignior illa gradu.*

*Et quanto est melior bruma laudabilis aetas,  
 Tanto haec vita manet nobilitate prior.*

Est eadem veterum sententia dia Sophorum  
 Et sunt iudicio congrua scripta meo.  
 Inde hominum vita cœu condimenta quod essent,  
 Dicebant, vocis nobilitate, sales.  
 Scilicet istorum contingit munere, quicquid  
 (Sic dixere) hominum vita saporis habet,  
 Nam si perpetuis sint cuncta obnoxia curis,  
 Ac aeterna animos sollicitudo premat.  
 Si tenera non sit quadam recreatio vita,  
 Et capiti præstet nil nisi triste tuo.  
 Vita aliud est quid gelida nisi mortis imago,  
 Et miseranda anima carnis ficina tua?  
 Ne diuturna putes, quæ nullo tempore cessant  
 Alterna requie quod caret, omne perit.  
 Hæc bene prævidit cœlestis conditor orbis,  
 Cujus vertuntur regna ducesque manu,  
 Temporis inde vices partesque volubilis anni  
 Constituit sapiens ordine quaque suo.  
 Æstatemque hiememque dedit mutataque cœli  
 Sydera, nec dubiis facta Elementa locis,  
 Inde suam expectant animalia cuncta quietem,  
 Temporaque insomnis certa laboris habent.  
 Tunc omnis cessans à vomere libera terra est,  
 Lux nova Solstitii quando hyemalis adest,  
 Arboribus quoque tunc requies contingit & herbis,  
 Et, breviter dicam, tota quiescit humus.  
 Falcifera cessant brumali tempore vitæ,  
 Atque illo requiem tempore Bacchus amat,  
 Non sentit tumidos fluctus, ventisque procellas  
 Equoris in placidis tuta carina vadis,  
 Hoc quoque consilio divinus rector Olympi,  
 Constituit noctem constituitque diem.  
 Illa quidem ut requies cunctis vescentibus aura  
 Ætherea, hæc operæ cuilibet apta foret,  
 Qui dubitat gratam mortalibus esse quietem,  
 Quo nihil utilius corpus habere potest,

Illa novat vires, & justo membra labori  
 Aptam facit, solitum restituitque decus.  
 Perpetuo nullus quantumvis robore præstet,  
 Nec dormire potest, nec vigilare potest.  
 Ipsa hominis requiem quandam natura requirit  
 Et cessare homines illa aliquando jubet.  
 Audacem juvenis linquit persæpe Palæstram,  
 Et recreat certis brachia fessa modis.  
 Non semper bellator erat, bellator Achilles,  
 Interdum lepidi carminis auctor erat,  
 Sæpe etiam posuit prægrandi pondere clavam  
 Qui manibus domuit monstra tremenda suis.  
 Omphalium tenuit persuasus pollice fuscum,  
 Et muliebri adeo nobilitavit opus.  
 Si tantis optata quies heroibus olim  
 Et fuit, atque aliter non patuisse liquet.  
 Si labor assiduus nec cessans actio, multis  
 Res optanda quidem, non toleranda fuit.  
 Quid tu perpetuis curis, multoque labore  
 Sufficias? an non Hercule major eris?  
 Nec tamen hic vires summumque in corpore robur  
 Estimo, longe aliud corpore majus habes.  
 Est animus ratione valens, qui corpori inhaeret,  
 Et facit, ut brutum dicere nemo queat.  
 Sustinet ille quidem multo majora nec illi  
 Pondera qua numeret, sufficit ulla dies.  
 Semper habet quod tractet opus, semperque laborat  
 Semper agit, sensu non nisi nocte vacat.  
 Idque homini cui Musa placet studiumque bonorum  
 Et patet, & multo notius esse potest.  
 Namque omnes superat studii meditatio curas,  
 Discendi ingenium grande fatigat opus.  
 Non ibi languescunt (quamvis minuuntur ab ulla)  
 Quas vires hominis corpus habere potest.  
 Non manus hic callo durata obducitur ullo,  
 Nec pedibus morsus nascitur inde tuis.

Ipsa tibi cuius contingit munere sensus  
 Vita quiete carens debilitata perit.  
 Inde animi multos spoliari sensibus olim  
 Vidimus, & vitæ parte carere sua.  
 Vidimus & furis agitari, & mente carere,  
 Hic furor ex studiis non aliunde venit.  
 Non tamen hæc Musis culpa assignetur & ipsis  
 Artibus, haud quicquam Musa furoris habet.  
 Sed quia quæ studiis adhiberi debuit, illis  
 Græta negata quies sensim abiisse liquet.  
 Quo magis ô juvenes Musis quicumque studetis,  
 Esse aliquid lepidos queso putate jocos.  
 Et quia fessa suam requiem natura requirit,  
 Quæ sine non animus, qui fuit ante, manet.  
 Crede equidem lepidosque sales suavesque lepores  
 Semper id esse animo quod medicina tuo.  
 Quandoquidem studii recreatio, certa, lepores  
 Ac veluti vitæ sunt alimenta tuæ.  
 His variæ cura luctusque dolorque fugantur,  
 Nulla animum torquens sollicitudo manet.  
 Quam multi ante diem misere periere supremum  
 Et Stygii exanimes regna adiere Dei?  
 In promptu causa est, Medicina hæc defuit illis,  
 Nec licuit tanta commoditate frui.  
 Et quid adhuc causam mortis miramur in illis?  
 Quidve recens mortis credimus esse genus?  
 Tempore consumi lapides ferrumque videmus,  
 Hoc dubitas animo durius esse tuo?  
 Tempore magnæ urbes labuntur & oppida multa,  
 Longa dies etiam durum adamantæ terit.  
 Quid mirum si languescunt in corpore vires,  
 Atque hominum fragilis tempore vita perit?  
 Hæc mihi scribenti, veniens sic Parca locuta est  
 (Vidimus & Lachesi arguit ipsa colus)  
 Jam scio te nostros culpantem voce labores  
 Dicere nos duri pectoris esse Deas,

Quid iuvat innocuas sceleris damnare? quid illas  
 Spernere, quas voluit Iuppiter esse Deas?  
 Atque adeo a multis (cum sim sine crimine vita)  
 Cur toties verbis carminibusque peror?  
 Me culpant Reges, me plebs, puerique senesque,  
 Nemo tamen merito quod reprehendat, habet,  
 Cuncta potestati nostra subiecta fatentur  
 Subiectum mundum legibus esse meis.  
 Nec tamen est (nisi cuncta illi subiecta fatemur  
 Qua fortis propriis viribus esse nequit)  
 Multa olim memini mihi gloria, splendor honores,  
 Egregium nomen secla priora dabant.  
 Non ita regnabant, quae nunc dominantur in orbem,  
 Ebrietas, luxus, bella cruenta, neces.  
 Non Venus aut validum frangebatur pectora vinum,  
 Rarus & in bello qui cecidisset, erat.  
 Non animum cura, non sollicitudo premebat,  
 Omnis avaritia nescia turba fuit.  
 Ergo animos vires, firmumque in corpore robur  
 Mansit, & infractum secula multa stetit.  
 Saepe aliquis, viridi meminit quam gramine quer-  
 Vidit in aqua vum consensuisse nemus. (cum  
 Saepe aliquis numerans iucunda tempora vita.  
 Saepe atas validum tertia vidit avum.  
 At cum degenerare homines cœpere, sui que  
 Immemor, & vitiis dedita turba fuit.  
 Vita brevis tenerum valido sine robore, corpus  
 Contigit, hac hominum non mea culpa fuit.  
 Saepe meum tenui gestantem pollice fusum  
 Jam vix inceptum Mars mihi rupit opus.  
 Saepe homines ipsi, dum in mutua vulnera tendunt  
 Ruperunt manibus fila tenenda meis,  
 Nunc etiam abbreviant multi sibi tempora vita  
 Et sunt interitus causa propinqua sui.  
 Et tamen hæc miseram, veluti me culpa nocentem  
 Obruit, atque ream criminis esse facit,

O non equa meo mortalis turba labori,  
 O male iudicium turba secuta tuum.  
 Sæpe mihi interitus, pueri, juvenisque, senisque  
 Qui cadit ante diem, vulnera magna facit.  
 Imo equidem quicumque Stygis descendit ad undas  
 Credè mihi haud nostris legibus ille perit.  
 Est Deus, est rerum dominus, qui fila gubernat,  
 Qui nostras quo vult pertrahit ipse manus.  
 Sæpe quidem varios nobis facit ille dolores,  
 Si quem forte mori jusserit ante diem.  
 O quam sæpe equidem rupturam fila negavi,  
 Ipsaque tam durum dextra negavit opus.  
 Hinc Eobane mihi nuper miseranda dedisti  
 Tempora docta nimis flere, dolere, queri.  
 Hei mihi quam volui pro te succumbere morti,  
 Et quam sæpe animo sum mihi visa mori.  
 Nec licuit, Superum stetit immutata voluntas,  
 Fuffit & omnipotens frangere fila Deus.  
 Res mihi nota quidem nec mortis causa latebat  
 Quis dubitat? summus causa erat ipse Deus.  
 Præripuit mundi te casibus ille futuris,  
 Instanti voluit præripuisse malo.  
 Ne, ventura hominum quæ sunt mala damna, videre,  
 Et mala quæ Christum turba secuta feret.  
 Nunc fortunatus tranquilla in pace quiescis,  
 Et spernis summi totius orbis opes.  
 Hac non in video tibi, nec legenda putabo  
 Tristitiæ hinc longe est causa remota mea.  
 Me scio damnabunt vates tua fata canentes  
 Et mea quæ non est, culpa futura mea est.  
 Outinam toties quoties optabo, liceret  
 Parcere, quam vellem nomen amare meum.  
 Sed quid iis liceat, quibus ipsum vivere mors est?  
 Et quibus interdum vita negata fuit?  
 Vivere posse tamen, vitam dedit ipse perennem  
 Jupiter, ô si non perpetua illa foret.

Perpetuas hominum voluit Deus esse ministras,  
Nec poterit finem noster habere labor.

Nocte dieque manet pragnans in pollice fusus,  
Et sunt non uno fila trahenda modo.

Sape quidem labor est uno renovandus in anno,  
Atque novas curas qualibet hora facit.

Nunc aliis iterumque aliis pereuntibus, unam  
Frangere nunc cogor, nunc reparare colum.

Sed neque qui pereat, neque qui periturus in orbe  
Novimus, hæc soli est res bene nota Deo.

Dixerat & tennes fugiens ceu ventus in auras  
Addidit hæc verbis ultima verba, vale.

Mox audita animo mecum per volvere cæpi,  
Et res iudicio est tota probata meo.

Quod si me nullis credis rationibus usum,  
Iudicio stabunt non minus illa meo.

Sunt mihi tercentum, nec sunt sine pondere causæ,  
Ipsaque res testis certior esse potest.

Inspice res hominum, varie confusa videbis  
Omnia, nec veterem, qui fuit ante, statum.

Invenies multos variis rationibus ipsos  
Plus nocuisse sibi, quam nocet ipse Deus.

Hunc animi curis, istum sine mente bibendo,  
Atque alios aliis interuisse modis,

Sed que stultitia est hominum sibi sponte nocere?  
Et que stultitia est, sponte perire sua?

Qui te posse frui dedit ipso munere vitæ,  
Qua tandem dederit conditione, vide.

Ut prodesse aliis posses, aliosque docere  
Hac vitæ munus jussit habere Deus.

Ergo animum ut fessum recrees, aliquando joca  
Et licet, & fas est, & Deus ipse jubet.

Hoc monet utilitas vitæ, ratioque decori  
Postulat id certe non violare decet.

Summus Aristoteles vocat incivilia corda,  
In quibus est nunquam mica reperta salis.



Et Plato Xenocratem, cum vultu Stoicus esset,  
 Jussit Pieriis sacrificare Datis.  
 Hac tibi si forsan, juvenis, leviora videntur  
 Quam quibus hoc tribuas, quod tribuisse decet,  
 Natus es escopulis & saxis durior ipsis,  
 Durius infracto cor adamante geris.  
 Sed puto judicii jam te gravitate moveri,  
 Inque animo verbum pondus habere tuo.  
 Nam quia vivendi ratio monet ipsa, quid obstat  
 Quo minus ut debes hæc mea dicta probes?  
 Non mea sunt, nec enim poteris nostra esse putare,  
 Ipse tibi sensus talia verba dedit.  
 Dic mihi quid fueris nisi pondus inutile terræ?  
 Si tibi cum sociis vita negata foret.  
 Si tibi cum nullo penitus vivente loquendum,  
 Consuetudo hominum sit fugienda tibi.  
 Id fieri res ipsa docet, quæ Regula vitæ est,  
 Quæ placeant aliis dicere nulla queas.  
 Qui studet ut scriptis multum sit & ore venustus  
 Non petulans, audax, turpis & ore loquax.  
 Dic ubi non placuit, nec conciliavit amicos?  
 Dic ubi non multis gratior ille fuit?  
 Vincere si ve placet jucundos inter amicos  
 Atque animos lepidis exhilarare jocis.  
 Sive apud ignotos variis peregrinus in oris  
 Vixerit, optatus cuilibet hospes erit.  
 Denique quicquid aget tandem, quacunque loque-  
 Non poterit dictis fautor abesse suis. (tur,  
 Sicut enim summos montes sylvasque serasque  
 Ad numeros Orphei prosiluisse ferunt:  
 Sic aliquem salibus dictisque jocisque facerunt,  
 Qui videt omnis amat, diligit, atque fovet.  
 Verum alios qui sunt rigidis de cautibus orti,  
 Quos genuit dura Parthica Tyrus humo.  
 Nullus amat, nec amare potest, sed quilibet odit,  
 Oderunt juvenes, odit & ipse Deus.

Grata illis tenebrae gaudent soli esse, nec unquam  
 Sive Comam premeret Casside, pulcher erat.  
 Dum studium gravitatis amant, modo vana sequuntur  
 Stultitiamque suam sub gravitate tegunt. (tur,  
 Non tamen hic gravitas à me reprehensa putetur,  
 Illa suum in rebus debet habere locum.  
 Hos reprehendo quibus gravitas morosa probatur,  
 Accen digna coli Stoica vita placet.  
 Est modus, hunc gravitas praescripta lege sequatur,  
 Est modus, ingenuis convenit illa jocis.  
 Hac pete cuncta suis ex fontibus, ordine certo,  
 Hac docet & monstrat pagina nostra prior.  
 Quid moror in parvis? jocis est sapientia magna,  
 Et jocus interdum plus gravitate valet.  
 Hac exempla probant, quae sunt certissima signa,  
 Musa etiam exemplum commemorare jubet.  
 Seditio Ausonia quondam nova in urbe coorta est,  
 Atque novus populum traxit ad arma furor.  
 Nullius eloquio praeceps commota ruebat,  
 Pro laribus propriis turba parata mori,  
 Non aliter quam si consuetis sedibus acta  
 Hostibus à sucis commoveantur apes,  
 Per diversa ruit loca concita turba volantum,  
 Misceturque uno conglomerata loco.  
 Irruit in medios, placido spectabilis ore  
 Orator canis eloquioque potens,  
 Et cupiens populi verbis sedare furorem,  
 Res nova, quod dicam, res nova dixit erit.  
 Atque ita cum populum clamanti voce vocasset,  
 Impavidus cepit talia verba loqui.  
 Omnibus (ut fama est) amissis: viribus olim  
 Egrotus longo tempore venter erat.  
 Membra laboranti morbis non aqua sodali  
 Pesque manusque illi dura negabat opem.  
 Ille igitur magis infelix languescere cepit  
 Atque mala in longas convaluere moras.

Impia senserunt tandem, sibi membra parari  
 Exitium, ac humeris damna ferenda suis.  
 Ergo, malum ex aqua meliores, parte ferendum  
 Et cum ventre suo jam statuere mori.  
 Pœnituit socium se deseruisse, sed istud  
 Officii pensant sedulitate sui.  
 Sic tandem misero vires & robora ventri,  
 Et rediit membris qui fuit ante vigor.  
 Quod nisi nunc etiam nobis qui bella paratis,  
 Istud ad exemplum damna cavere placet,  
 Alter & alterius, ceu venter & invida membra  
 Dissidio moto, destituatur ope.  
 Membrorum exemplo, res certa, peribitis omnes,  
 Qua venit, hæc cunctis pœna luenda venit.  
 Talibus obstupuit populus, mentemque recepit  
 Et tota exstinctus desit urbe furor.  
 Quod gravitas, quod non potuit facundia dives  
 Quod nullæ vires, hoc potuere joci.  
 I nunc dic artem nusquam prodesse jocandi,  
 I nunc dic minimum laudis habere sales.  
 Nec tamen hoc uno cupio mea verba probare  
 Exemplo, historiæ millia multa dabunt.  
 Tractarunt juvenes convivium lata Tarenti  
 Quos tum cœna domo junxerat una duos,  
 Incaluere mero, nec eorum cauta loquendo,  
 Sed nimis in Pyrrhum libera lingua fuit.  
 Ergo ubi salvari mala causa & crimine digna  
 Nec posset verbis res manifesta tegi.  
 Supplicium capitis miseros post facta manebat,  
 Dictorumque gravis pœna luenda fuit.  
 Cumque rogarentur quæ dicti causa fuisset,  
 Respondens lepidis vocibus alter, ait:  
 Quod nisi desiciens laticem lagena negasset,  
 Regem occisurus, si licuisset, eram.  
 Talibus evasit pœnas, & uterque jocando  
 Præcavit capiti damna futura suo.

Quid

Quid moror exemplis? jocus est recreatio vita,  
 Ille dat auctori commoda multa suo.  
 Ille fugat curas, tristique e corde dolores,  
 Et recreat miris pectora fessa modis.  
 Ille alios aliis placens conjungit amicos,  
 Ille hominum mores non finit esse feros.  
 Hoc tibi multorum bene conciliare favorem,  
 Hoc poteris multos demeruisse tibi,  
 Cum vel apud notos, & cum presente loqueris,  
 Vel mirtes digitis scripta notata tuis.  
 Nam sicut venerem Magnetica gemma figuram,  
 Qualibet ad sese ferrea frustra trahit.  
 Sic rapit inque suum multus vi cogit amorem  
 Cujus sunt lepidis scripta referta jocos.  
 Quis non semper amat, quem se non cogit amare  
 Et cui non dulcis Tullius ore placet?  
 Tullius eloquii pater & lux aurea Roma,  
 Cujus ab ore potens lingua latina fluit.  
 Nota cano, cui non scriptis jucundus Erasmus  
 Quem non blanditiis attrahit ille suis?  
 Non quibus est blandus Gnatho, quibus utitur idem  
 Dum lingua fucum decipiente facit.  
 Sed valet ars in iis sua vi ratione jocandi,  
 Atque Tibullæo qui venit ore lepos.  
 Ergo isti valeant, & mente carere putentur,  
 Qui dicunt pretii nullius esse Jales.  
 Te non tantorum vestigia pressa virorum  
 Fac nunquam pudeat pœniteat ve sequi.  
 Et cur pœniteat? Quando incivilis habetur  
 Qui nunquam didicit verba jocosa loqui.  
 Cur pudeat? quoniam summum præcepta jocandi  
 Scribere Philosophum non puduisse liquet.  
 Cur pudeat? summi Ciceronis scripta supersunt,  
 Quorum judicio dicta saceta valent.  
 Quod vel Aristotelem decuit, linguæque parentem  
 Te quoque quisquis eris posse decere puta.

Neo nuper collecta putes, inventaque nuper,  
 Invide de salibus qua tibi cunque dedi.  
 Nam scio, proscindet nostros mala turba libellos,  
 Forte aliquis nostrum sic reprehendet opus.  
 Quid rem fortuitam sub leges cogere tentas?  
 Non profecturum quod facis, omne facis.  
 Nam quod ab artificis natura munere pendet,  
 Et qua sponte valent, arte valere putas?  
 Desine vana loqui livor, quid inania culpas,  
 Non stant iudicio carmina nostra tuo.  
 Si licet, auctores suavis reprehende leporis  
 Qui lepidis primos erudiere jocis.  
 Si tamen (ut nunquam potuisti) garrule Mome  
 Non potes hic mores dissimulare tuos.  
 Perge loqui, modo displiceam tibi, nulla morabor.  
 Magna mihi laus est displicuisse tibi.  
 Haftenus invidiae respondimus, illa tacendo  
 Contemnenda mihi, vel superanda fuit.  
 Sed tamen est licitum teneram defendere Musam.  
 Da veniam, Lector, versibus ore meis.  
 Et placeat studium, placeat propensa voluntas,  
 Quam pia turba probat, quam probat ipse Deus.  
 Nunc mea contingant optato littore portum  
 Laxata in multos candida vela dies.

Finis Libri Quarti,  
 De Arte Jocandi.

NICODEMI FRISCHLINI  
 IN  
 EBRIETATEM,

Elegia, Ad I. Posthium.



Xpetis inculto, vates cultissime, versu  
 Persequar ut fœrens Ebrietatis opus,  
 Damnaque, qua dulci meretrix hæc  
 blanda veneno  
 Plurima dat, Musa non remorante  
 canam:

Ut monitu vatum Germania mota piorum  
 Contrahat insani turgida vela meri.  
 Efficiam, quod amice mones, atque omnia paucis  
 Exsequar: incultis annue Christe modis.  
 Est locus Arctoo ferme conterminus axi,  
 Qua celeres volvunt Rhenus & Ister aquas.  
 Alta domus tecto, sublimibus alta columnis:  
 Grata domus puero, grata frequensque seni.  
 Cujus ad Eoum multo nidore vaporans  
 Est. latus, & sapidis plena culina cibis.  
 Occiduum pigro dat longa cubilia somno:  
 Hic ubi perpetuis ructibus aura tepet.  
 Infima pars cellam vino pomisque refertam  
 Continet, & largo dolia plena mero.  
 In medio cinctum tabulis nitet æde lacunar,  
 Lasa manu fornax, lasa fenestra manu.  
 Stat mensa, & fuso nunquam fit sicca falerno,  
 Fœtorem hæc tota, spirat in æde gravem.  
 Ut cum quis foveam non clausa nave viator,  
 Aut fœdam, ducit qua via, transit harum  
 Cantharus in gelida sedet illi proximus unda,  
 Omnia plena vitris, omnia plena scyphis.

Appo-

Apposita stant lance dapes, quis verna ministrat  
 Luxus, stant avida fercla parata gula.  
 Hac circum ternis stipata sororibus audax  
 Ebrietas animo, corpore fracta, sedet.  
 A dextris Venus, à laevis Blasphemia, & ante  
 Prodigia mens: medium sed tenet ipsa locum.  
 Dii, quales oculi? quæ diri tempora vultus?  
 Vix equidem tali fronte Medusa fuit.  
 Luridus in vultu color, & vaga lumina torvo  
 Igne micant, ciliis ulcera fœda scatent.  
 Pendula lana genis spirantique ore mephites,  
 Dente putris, buccis turgida, blasa sono.  
 Indemanus tremula, prostrataque membra podagra  
 Et formidatis venter opimus aquis.  
 Nullus honor, vestis quem conciliaret honesta;  
 Nuda puella humeris, nuda puella genu.  
 Quaque tegit reliqui furiales corporis artus,  
 Sordet, & est longo trita lacerna die.  
 Nulla quoque informem circumdat zona puellam,  
 Jam pridem huic zonam solvit amica Venus.  
 Pro zona longum tunicas farcimen oberrat,  
 Gravior aurato baltheus iste sinu.  
 Amissis pariter nummis, ipsaque crumena,  
 Alea marsupi sustinet apta vicem.  
 Biblia lecturam vetuit soror altera quondam,  
 Chartarum ludos substituitque leves.  
 Nunc manibus agit, & posita inter pocula tractat,  
 Provocat his pueros, provocat hisce senes.  
 Monstrum horrendum, ingens, cunctis ornatibus or-  
 Frondibus exceptis quæ decorare caput. (bum,  
 Nam placidis gaudet lasciva puella choreis.  
 Addit enim stimulos Liber, & alma Ceres.  
 Stant famula circum fœda, scelerumque ministra  
 Exhaustos doctæ restituisse cados.  
 Ira, libido, furor, fastus, jactantia, cades,  
 Fraus, dolus, insidia, jurgia, flagra, mina.

Contentrixque hominum superumq; superbia demerit  
 Atque alia, longus quas numerare labor.  
 Imminet ipsa mero, cyathoque sororibus instat:  
 Cumque bibit, una sorbitione bibit.  
 Tum Veneri obsceno (pudet ipsum dicere) vitro  
 Præbabit, & tremulum fundit in ora merum  
 Quo simul incaluit, festas agitare choreas.  
 Appetit, adque ibram crura movere tyram.  
 Invitosque rapit stimulante furore maritos,  
 Invitasque rapit, patre vetante, nurus.  
 Sublato clamore sonat domus, ista tremiscunt  
 Atria: sub pedibus putrida terra gonit.  
 Pars oppleta vomit, pars voces tollit ineptas,  
 Ut solet à scabra turpis asella mola.  
 Ipsa quoque ante alios clamanda immanior omni  
 Ebrietas raucum tollit ad astra sonum:  
 Regia quo cæli, tellusque profunda remugit,  
 Vicinæque omnes intremuere domus,  
 Jusserit hanc aliquis nimias compefcere voces,  
 Continuo illius gutture pugnus erit.  
 Tum famula certatim omnes arma, arma loquentur  
 Pugnaque constricta cuspide surget atrox.  
 Jamque volant fragilesque cadi, cur vique lebetes:  
 Missa volant liquido pocula plena mero.  
 Tum soror horribiles edit Blasphemia voces,  
 Inque ipsos spargit crimina multa Deos.  
 Vulnere Tartarcas aliqui mittuntur ad umbras,  
 Flebilis hoc nempe est Ebrietatis opus,  
 Quid loquar, ut patrio macularit sanguine dextras  
 Sapius heu: fratres tradideritque neci?  
 Quid? quod & incestu se polluit illa nefando  
 Sapius, heu vetitis accubuitque toris?  
 Illa suas Lothum jussit vitiare puellas:  
 Nil sinit intactum Bacchicus esse liquor.  
 Illa patres facit esse suis ludibria natis:  
 Ebrius ut toto monstrat in orbe Noas.



Illa suis properat funus lethale maritis,  
 Eumenis ut Phrygii tristia fata docent.  
 Ut docet Elpēnor tecto delapsus ab alto,  
 Dum nimium lasso flabat ab ore merum.  
 Illa suos prædam facit hostibus esse maritos:  
 Exemplo ut monstras dux Holopherna tuo.  
 Et vos Trojani somno vinoque sepulti,  
 Argolica quorum mania capta manu.  
 Illa suos necat ense viros, heu scavior illis  
 Qua pertusa Stygis dolia fonte replent.  
 Illa suos Erebum cultores ducit ad imum,  
 Ebriaque aeterno carcere corda premit.  
 Illa suos nulla de causa occidit amicos:  
 Magnus Alexander qui mihi testis erit.  
 Compulit hæc Gallum secretam pandere mentem,  
 Compulit heu propria vim sibi ferre manu.  
 Hæc Macedum reges, & regna evertit: & olim  
 Attulit, Antoni, fata suprema tibi.  
 Nam tua ni turpi maduissent pectora vino,  
 Attria cade nova non rubuisset aqua.  
 Usque adeo mentemque abolet, corpusque trucidat  
 Aeternisque premit cladibus Ebrietas.  
 O superi, nostras quis monstrum hoc duxit in oras?  
 Qua peperit Mater? quo genitore sata est?  
 Non illam humani pestem genuere parentes,  
 Non ortum terris, non trahit illa polo.  
 Dis genuit furvi retricas Acherontis ad undas.  
 Dis illam Stygiis abluit auctor aquis.  
 Mater Avernali conceptam semine primum  
 Edidit, & Lethes abluit inde lacu.  
 Alecto mater: sædeque trahenda puella  
 Ubera viroso turgida felle dedit.  
 Cerberus infantem consopit ore trifauci,  
 Protulit in cunis sava Megera suis.  
 Inde pater Pluto tenebris eduxit adultam,  
 Posset ut huic aliquem consociare virum.

Pene pererratis totius finibus orbis  
 Aptus ei nullus, quem reperiret, erat.  
 In Scythiam venit, Scythia eiecere coloni:  
 In Thracam rediit, Thraca removit humus.  
 Hic Pluto, Thraca (proh Jupiter) inquit, in oris  
 Quam nostra hæc olim grata puella fuit:  
 Nunc odere omnes, & sobrietatis amantes,  
 Heu quoque suppliciiis ebria corda premunt.  
 Scilicet hoc meritis debebit Thracia tellus  
 Sive Anacharsi tuis, seu Mahometa tuis.  
 Dixit, & Amathiis à tergo pone relictis  
 In latos Asia protinus iuit agros,  
 Non Asia admisit, non India, non Arimaspi:  
 Limina clausit Arabs, limina clausit Ion.  
 Clausit & Egyptus, tepida clausere Cyrena,  
 Getulo patuit nullus in orbe locus.  
 Hinc adit Hispanos, Hispania tota fugavit:  
 Mox petit Italiam, clausit & illa fores.  
 Evolat ad Gallum superatis Alpibus urbes,  
 Sed riget obicibus janua sulta suis.  
 Omnibus exclusum lati regionibus orbis,  
 Heu Stygio monstrum de genitore satum.  
 Teutonus excepit, mensisque locavit, & ostro:  
 Magnificasque sua condidit urbe domos.  
 Quis pueri juvenesque bibunt, quis cana senectus  
 Pocula nocturnis aqua diurna facit.  
 Cetera prætereo, quis enim scelera omnia dicat?  
 Quis tam sæcunda tot meretricis opes?  
 O vos degeneres: ô segnia pectora rebus  
 Fontibus: ô patribus turba nefanda tuis:  
 Martius his ardor detrudere finibus hostes,  
 Suasit, & invictum pace tenere solum:  
 Vos vino & somno, patrum præclara, sepulti  
 Linqutis heu turpi more, tropæa Getis.  
 Evigilate viri, dirumque expellite monstrum  
 Finibus, & patrii stringite moris iter.

Sobria si fuerint Germanæ pectora genti,  
 Mla viris major totius orbis erit.  
 Laudibus ingenii non vincet Teutonas Auson:  
 Militis Hispanus cedit honore sui,  
 Consiliis Gallus, velocibus Africanus armis,  
 Germano Turcus præpete cedit equo.  
 Nec pharetra Moschus, nec diro Tartarus arcu  
 Germanum frameas qui superabit erit.  
 Teuto suis vincet, quotquot Sol adspicit, armis  
 Terrarum populos Antipodumque manus,  
 Si te Bacchus prius vincat, Furiisque creata  
 Respuat infelix Ebrietatis opus.  
 Quare agite è nostris horrendam pellite terris,  
 Gorgonea horrendam pellite fronte feram.  
 Teutona quotquot habet plaga sobrietatis amantes,  
 Pellite turbantem jugera nostra feram.  
 Et vos cum primis, male sobria turba, Poëta,  
 Mentibus ex vestris hanc agitate feram.  
 Utque vagabundum Suevis in saltibus aprum  
 Circumstant avidi dente minace canes.  
 Sic armis illud vestris circumdate monstrum,  
 Cedeque prostrata tingite tela fera.  
 Utque canem rabie correptum, intraque ruentem  
 Mœnia, saxorum grandine turba petit,  
 Sic vos Phœbeis immania terga sagittis  
 Sternite, & unanimi mittite tela manu:  
 Telaque missuri vestigia stringite Posthi.  
 Vester hic Alcides, hic Meleagrus erit.

# EX MENÆCHMIS

## Actus. I. Scen. I.

**H** Omnes captivos qui catenis vincunt,  
Et fugitivis servis indunt compedes,  
Nimis stulte faciunt, mea quidem sententia.  
Nam homini misero malum si accedit ad malum,  
Major libido est fugere & facere nequiter.  
Nam se ex catenis eximunt aliquo modo.  
Tum compediti januam lima perterunt,  
Aut lapide excutiunt clavum. nugæ sunt meræ.  
Quem tu asservare recte, ne aufugiat, voles,  
Esca atque portione vinciri debet;  
Apud mensam plenam homini rostrum deliges.  
Dum tu illi quod edat & quod potet, prabeas,  
Arbitratu suo assatim quotidie:  
Nunquam ædepol fugiet, tametsi capital fecerit,  
Facile asservabis, dum illo vincolo vincies,  
Ita isthæc nimis lenta vincla sunt escaria:  
Quam magis intendas, tanto astringunt arctius.

F I N I S.

Discur-

Discurfus Methodicus

DE

P  
E  
D  
I  
T  
U,  
E  
J  
U  
S  
Q  
U  
E  
S  
P  
E  
C

In Theses digestus.



DE

## PEDITU,

Ejusque speciebus,  
DISCURSUS METHODICUS  
I.



Um omnis, quæ à ratione suscipitur de re aliquâ Institutio, debet à Definitione proficisci, ut intelligatur, quid id sit de quo dissertetur: sicuti Autor. off. 1. Per natium reprehendendo benè monet, sed statim ipsius reprehensionis oblitum ibidem negligit: Itaque circo de peditibus Methodicè disserturi principium à definitione ducemus.

2 Atque ut vocabulum primò explicemus, Peditus Græcis πῶγον est, unde Saxonicum vetus *Purten* vel *Furten* / quod superioribus Germanis levi mutatione vel inflexione factum est *Fartzen*: Continetque tam status cum sono quam sine sono erumpentes, sicuti ex Gemmis gemmarum, Syllabis vocabulorum, *Dasipodii*, Lexicis: præcipue fratre Ambrosio Calepino, aliisque multis

multis  
aliqui  
vocabu  
tur,  
tius  
Satyr.  
fica p  
In  
quis  
nobis  
mo  
persu  
se p  
tasset  
tam  
luit,  
3.  
alvo  
tepef  
luta  
lunt  
instan  
natus  
pens  
sanita  
ejusd  
duxit  
4  
doct  
o

multis authoribus demonstrari potest. Licet aliqui importuni contra contendant, illud vocabulum pro iis, qui cum sono emittuntur, & proprie crepitus dicuntur, frequentius usurpari, freti versiculo illo Horatii Satyr. 8. Nam displosa sonat, quantum verfica pepedi.

In quo tamen versu pedere genericè sumi, quis non videt? Imo id necessario quoque nobis defendendum, nisi Poetæ illi doctissimo & maxime presso Tautologias & superfluitatis vitium impingere velimus, qui se pedere clarum crepitum significare putasset, differentia adjecta, qua peditus certam speciem, crepitum scilicet exprimere voluit, minime restringere opus habuisset.

3. Est a. peditus in genere flatus in imbalvo conclusus, vel ex pituita redundante tepesfacta, & per imbecillum calorem resoluta, nondum vero discussa (ut Medici volunt) vel ex cibariis atque medicamentis, instantibus (quod rustici defendunt) potissimum natus, per podicem cum aut sine sonitu erumpens, quem ipsum vel natura sponte ad sanitatem corporis tuendam expulit, vel Ars ejusdem naturæ ministerio ad delectationem produxit.

4. Hac definitio secundum Philosophi doctrinam perfecta est, omnesque causas & species breviter comprehendit, prout jam ordine

ordine videbimus. Atque ut de genere con-  
stat, ita quoque de remotiore ejus causa,  
qua flatus iis gignuntur, pituita scilicet  
cibus infantibus nonnihil attenuatis, non  
dubium, alias luculenter id demonstra-  
turi.

5. Tepesactam vero & leviter attenuatam  
materiam esse oportere constanter asserimus.  
Nam sicuti in calidissimis locis nunquam  
pluit, eo quod calor omnes fumos & evaporationes  
consumit: neque etiam in frigidissimis, ubi  
propter intensissimum gelu nulli fumi exhalare  
possunt: Sed bene in mediis regionibus temperatis,  
sicuti recedit Bodin. in method. histor. cum Scalig.  
& Carda. disseruit: Ita quoque astus vel calor  
justo major cibum non solum concoquit, &  
attenuat, verum etiam vapores omnes dissolvit,  
& consumit. Frigiditas vero cibum neque  
concoquit, neque dissolvit, neque fumum  
excitat. Sed bene exiguus calor, qui cum sit  
imbecillus, ideoque cibos non perfecte  
conficere & excoquere, sed leviter saltem  
attenuare, ex iisque vel pituita ventriculi  
& intestinorum hoc modo multos flatus  
excitare valet; quam rem magis promovet,  
si cibi isti natura inflativi sint. Hi namque  
exiguo calore excitati fumos multos caliginosos  
& turbulentos reddunt. Licet hoc idem ante  
madvertere ex comparatione veris & antumia  
cum a  
ubi m  
tur.  
6.  
dicem  
Etus v  
ria pr  
cinita  
aut ca  
rum  
vel la  
ris fla  
dum  
mordia  
Quo p  
que se  
antur.  
ter n  
valde  
non se  
si, &  
7.  
reliqu  
quos,  
flatus  
pretat  
causa  
si bo  
quem  
posuit  
cum



cum astate & hyeme: Item ex distillationibus, ubi modicus ignis materiis destillandis subjicitur.

6. Dicitur porro in definitione, per podicem erumpens, ad differentiam. 1. Ructus vel Eructationis, quæ ex eadem materia prodiens superne egeritur, vel propter vicinitatem loci, vel propter alvi duritiem, aut causam quampiam adfectatam. 2. Aliorum flatuum colicorum, &c. & rugitus vel latratus ventris, qui est ejusdem generis status intra intestina obmurmurans, nondum erumpens, & est veluti prologus Comædiæ aut prodromus futuræ tempestatis. Quo præcipue virgines & mulieres laborant, quæ se validè constringunt, ut graciles videntur. Hæ non cæcum intestinum sæpe præter naturam Fernelio teste flatibus repletum & valde distentum habent, quæ intus pugnant, non secus ac venti ab Æolo in montibus occlusi, &c.

7. Excludit quoque hæc differentia cum reliquis in definitione positis. 3. Ventriloquos, vocem ex pectore mittentes: siquidem status noster non est proprie vox vel interpretatio, neque etiam ex eadem omnino causa prodit. Ut sic differentia illa omnino sit bona, modum peditus egregie exprimens, quem & Horat. d. Sat. 8. egregius artifex posuit, apud quem Priapus modum crepan-

δι ὑπὸ ὑπώσεσιν quadam per nativam fissuram  
i. e. podicem declarat.

8. Superest in definitione causa finalis  
quæ est vel sanitas corporis ab ipsa natura  
appetita, vel delectatio quadam ab Arte qua  
sita. Sed quadam de ea inferius inter effectus  
commodius dicentur. Illud saltem hic monendum  
matos fines à nobis merito exclusos, siquidem  
abusus rei inter fines nunquam numeratur.

9. Definitione explicata proximum est  
ut ad divisionem accedamus, ejusque bene-  
ficio species venemur: speciebusque invenis  
rum definitiones & affectiones quoque expona-  
mus.

10. Summa a. pedituum divisio est in  
Vocales & Mutos. Quæ divisio melior, quam  
illa Grammaticulorum divisio literarum in Vo-  
cales & Consonantes, quæ præterquam quod  
multis vitiis laborat, etiam ἀντιδιονομασίαν, i. e.  
ex oppositis non est.

11. Vocales proprie dicuntur Crepitus,  
crepando, quod iidem per certa sonorum  
discrimina crepant, quasi ima alvus esset cre-  
pitaculorum plena, teste Jodoco Willichio  
in suis de crepitu thesibus, Germanis dicitur  
ein Hallautender Sturz.

12. Est a. Crepitus nihil aliud, quam  
peditus cum sonitu ex sicciore vaporibus  
genitus. Qui pro varietate causarum &  
adjunctorum est vel magnus, vel parvus.  
Ille

Ille pleni vocalis vel vocalis simpliciter & proprie. Hic Semivocalis dici potest.

13. Magnus vel Pleni vocalis est Crepitus cum sonitu majore prorumpens, tam propter instrumenta ampla & spatia (qualia sunt rusticorum), quam ingentem flatuum multitudinem, quæ causantur vel à ciborum flatulentorum copia, vel nativi caloris ventriculi, & intestinorum imbecillitate, Germanis ein *Wawrenfurtz*.

14. Quæ definitio exemplis Tormentorum turulium & magnarum visicarum, aut fistularum organicarum evidentissime illustrari & confirmari potest, & quidem multo melius, quam Aristophanes tonitrua & crepitus, ignotum scilicet per ignotius conversa demonstratione demonstrat.

15. Hi, sicut & tonitrua, vel simplices sunt, vel Multiplices, Simples sunt, qui uno magno bombo simplici & momentaneo constant: quos Priapus apud Horat. aptissima similitudine à vesica disrupta sumpta explanat. Nam de hoc genere eum ibidem loqui cuilibet obvium est, dum ait, Nam displosa sonat, quantum vesica pepedi. Hi Germanis dicuntur *Arßknollen*.

19. Multiplices (qui Diphthongi proprie dicuntur) sunt, quando plures bombi magni discreto quidem sono, sed continuatis

veluti spiritibus prorumpunt, non aliter  
 si 10. vel 20. Sclopetarii sua tormenta manuarum  
 successive per circuitum displodant. Germanice  
 ein verrenckter oder zerbißener Furt

17. Fiunt simplices, quando materia si-  
 milarium est partium, & copiosa, & fora-  
 men per quod erumpunt, satis amplum, &  
 distentum, & virtus robusta, uno nixu a-  
 gens. Diphthongi vero, quando amplum  
 quidem satis foramen est, & copiosa etiam  
 materia, sed vel inaequalium partium, mix-  
 ta ex calidis tenuibus & frigidis crassis hu-  
 moribus: vel varium focum habens, & per di-  
 versas intestinorum partes diffusa. Unde  
 etiam nec simul & semel resolvi, nec iisdem  
 intestinorum cellulis includi, nec uno impetu  
 propulsari potuit: Sed diserte, incertis & ine-  
 qualibus intervallis, donec nihil supersit, ex-  
 cluditur, ita ut interdum etiam sonus inequa-  
 liter intendi & remitti audiatur: Siquis accedat  
 virium robur expellentis, necessario multi &  
 magni efficiuntur bombi, qui sonant papapax,  
 papapapax, papapapapax, &c. sicuti est a-  
 pud Aristoph. in nubib.

18. Potest tamen & Diphthongorum cau-  
 sa in podice esse, quando videtur is per se  
 quidem amplus esse, & materia aequalis,  
 ut ita unum simplicem edere posset: Sed  
 post primum bombum invito forsitan elap-  
 sum

sum,  
 vincit  
 venni  
 materi  
 tu,  
 h.c. p  
 nec au  
 aut p  
 pore  
 refere  
 ait:

19  
 potest  
 dem  
 disse  
 n. ve  
 tas,  
 penti  
 rint.  
 plice  
 disse  
 diph  
 gam  
 gerit  
 tanq  
 tio  
 vide  
 quon

sum, mox pedex, non satis tamen accurate  
 (vincit n. materia naturam) constringitur,  
 wenn man ihn abbeissen wil. Ubi ob  
 materiae copiam & ὀρυακμὸν rursus diduci-  
 tur, & iterum occiditur nonnihil, duratque  
 hæc pugna naturæ cum materia tam diu, do-  
 nec aut materia omnis elapsa & discussa sit,  
 aut pedex vi compressus reliquos flatus tem-  
 pore commodiore emittendos retineat. Huc  
 referendum est Martial. Epig. lib: 12. dum  
 ait:

Et pedit deciesque viciisque.

De quo infra, &c,

19. De his a. Diphthongis etiam intelligi  
 potest Priapus apud Horat. all. loc. Siqui-  
 dem se tam magnum ventris crepitum reddi-  
 disse dicit, ut omnes veneficas fugarit. Non  
 n. verisimile est, uno simplici bombo sic terri-  
 tas, ut relictis herbis suis veneficis & ser-  
 pentibus, tam contento cursu in urbem fuge-  
 rint. Licet non negemus, primo potuisse sim-  
 plicem magnum bombum in modum vesicæ  
 displosæ præmisisse, quem deinde secutus sit  
 diphthongus, qui Lamias jam territas, & fu-  
 gam respectantes plane in pedes se dare coe-  
 gerit, quod tamen Horat. brevitatis causa &  
 tanquam vulgo notum omisit. Quæ interpreta-  
 tio nobis loco illi obscurissimo & difficillimo  
 videtur maxime congruens, licet de ea cum  
 quoquam litigare nolimus.

20. Talis a. Diphthongus, præsertim quando ventre raphanis, cepis, alliis, pisis, fabis, & aliis cibis instantibus, qui clarum sonitum efficiunt, probe saburrato, plures brevibus intervallis se invicem subsequuntur, adeo terribilis existit, ut pullos in ovis, foetus in utero quandoque perimat; imo & diabolus ipsum fugare solet, sicuti ex multis Historiis accepimus, ex quibus unam exempli causa nobis hic recitasse sufficiat. Nam cum quidam à Demone valde urgeretur, ut se ei dederet, assensit tandem, si Diabolus tria præstaret. Petiit igitur primo magnam vim auri: Data est à diabolo. Secundo, ut invisibilis fieret: Et ipsum diabolus docuit. Tertia vice, cum maxime anxius esset, quidnam peteret, quod diabolus præstare non posset, ei forte fortuna præ nimio metu elabatur diphthongus, ubi ille occasione hac arrepta mox ait ad diabolum: Heus tu diphthongum hunc mihi nodo si petes connecte; quod cum diabolus præstare non posset, & alias isto tormentario bombo territus fugeret, ille misere præsentissimo animæ periculo, hoc uno bono ereptus est. Sic legimus, domum demonibus infestam bombi beneficio liberatam. Cujus ratio nobis nulla alia videtur, quam illa trita. Sic ars deluditur arte, & fallacia fallaciam, cuneus cuneum trudit. Item majus lumen obscurat minus, & per conse-

consequens tenebrae, odores soni, &c. majores. Similium enim eadem doctrina & ratio, &c.

21. Licet. a. terribilis sit ut merito tonitru vocari possit, tamen salutaris est, ut postea dicetur. Hinc proverbium natum est: *Magnum bombum magno talento aestimari.*

22. Ut primum quoque non ita male foetet, nisi in intestinis aliqua putrefactio ex diutissimo flatuum retentione suborta sit, ut sic loco interclusi computrescere incipiant, aut ex cibis comestis gravis odor adsit.

23. Parvus vel Semivocalis est crepitus cum sonitu minore prorumpens, vel propter loci angustiam (qualis in virginibus nonnullis) vel propter exiguam flatuum copiam, Germ. *ein Brummen.*

24. Hic recte dividitur in Tenuem, medium & Aspiratum: Tenues sunt semivocales vel crepitus parvi ex sicciore & per tenui materia per anum constructim delati; qui Puellares recte dicuntur, German. *ein Donnem oder Jungfräufürzlein / semid so spißig / daß einer die Zähne mit strewen möchte.*

25. Aspirati sunt semivocales vel crepitus parvi veluti strepitus anserum, ex materia humidior, ideoque obscuriore per angustum locum, vel etiam patentem, sed

materia pauca & deficiente, ita ut exacte strepitus fieri non possit, delati. Quales sunt pistorum. German. ein Pfeifer oder Beckenschiff.

26. Medii medie naturæ quodammodo inter utrosque sunt, quando scilicet materia *ὀμοιογενής* in quantitate & qualitate se mediocriter habens, & jam matura, per pedicem nec nimis compressum, nec rustice etiam diductum, sine ulla vi & naturæ impetu sponte elabatur. Germ. ein züchtiger Bürgerlicher Schiff.

27. Ex his perspicue animadverti potest, varietatem sonorum in his tribus generibus, ut etiam aliis, ex tribus causis præcipue existere. 1. Materia flatus, quæ quo siccior erit, eo spiritus clarior, quo humidior, eo obscurior: quo magis æqualior, & ejusdem naturæ, eo simplicior: quo diversarum magis partium, eo multisonantior est. 2. Ex loci natura, qui quo angustior, eo acutior & tenuior sonus redditur, quo amplior, eo gravior. Quo & faciunt gracilitas & crassities, inanitas & repletio intestinorum. (Inania enim magis timiunt.) 3. Denique virium robore, quod multum ad hanc rem facit. Quo enim propellens natura fortior, eo bombus major, &c. Horum itaque omnium varietate, varii quoque existunt soni.



28. Declarari hæc res poterit exemplo tiliarum, tubarum, & fistularum. Crassior n. & amplior tibia graviolem & obscuriorem dat sonum. Macrae vero vel tenues & angustæ, clariorem. Mediæ, medium. Sic tubam validius inflat, validus & benebucatus socius, debilius debilis & infirmus à statibus. Ex fissuris quoque tubarum, fistularum, &c. egregia & artificiosa conjectura sumitur de crepitibus, cur nunc strideant, nunc non item, &c.

29. Sed hic maxime ardua à Willichio movetur quæstio: An in hisce crepitibus possit esse Musica? Ad quam secundum illum Magistraliter & resolute respondemus: Esse in diphthongis maxime, non quidem eam, quæ fit voce per ejus instrumenta, aut impulsu rei cujuspiam sonora, ut fit in chordis citharæ vel testudinis aut psalterii; sed quæ fit spiritu, sicuti per tubam & tibiã redditur. Quapropter hic non est Harmonica vel *ᾠδὴ*, sed organica Musica, in qua, ut in aliis leges componendi & canendi non difficulter excogitari & consarcinari possent, ita ut acuti & puellares primo loco, post illas mediæ vel civiles, aniles aut vetulares, ultimo graves vel viriles rusticorum genere per Pythagoream dimensionem dispositum est.

Wenn man das Lied machen wolte:  
 Es wolte ein Baur einen Palstroch  
 schneiden: kondten etliche grobe Diph-  
 tongisten sein den Bass darin halten.  
 Ubi & observanda esset victus & personarum  
 ratio. Nam ex subtiliore fumo, & augu-  
 stiore loco acutior; ex nebuloso & spatio am-  
 pliiori bis tanto gravior effertur sonus, Clavio-  
 res enim sonitus faciunt, qui sicciores status gi-  
 gnunt; obscuriores, qui humidiores efficiunt.  
 Quid multis? Alvus nihil aliud est quam or-  
 ganon πολύφθογγον, in quo quis etiam sy-  
 sterna 12. troporum, vel potius modorum citra  
 neg tium colligeret.

30. Hic tamen notandum erit illud Philo-  
 sphi; Quod omne sensibile excellens suum de-  
 struat sensum. Quare hic omnia moderata  
 placere debebunt, non gravis ille sonus &  
 adeo magnus, qualis in Hispania montibus &  
 apud cataractas Schaffusienses, qui homines  
 exurdant. Neque n. adeo parvus esse debet, ut  
 eum qui audit, audiendo fatiget. Mistura  
 item sonorum diligenter observanda, tum ne  
 semitoniis adeo minute concidantur, ut non per-  
 cipiantur à sensu, tum ne plures acui vel gra-  
 ves in unisono consociantur, quod insuavem  
 reddit Musicam, nisi quis choralem forte ten-  
 tare vellet. Modorum denique habendus dele-  
 ctus, nec omnes sine discrimine usurpandi,  
 sed

sed tal  
 sunt L  
 Hypo  
 impo  
 stant  
 mirac  
 31  
 lancee  
 music  
 hende  
 sonor  
 sicuti  
 Neap  
 vel a  
 cupit  
 sume  
 preh  
 pos  
 3  
 nos  
 ditu  
 mac  
 R  
 p  
 ab  
 ta  
 C

sed tales, qui suavitatem adjuvent, quales sunt Lyxoleibius, Hypolyxoleibius, Dorius, Hypodorius. His omnibus observatis, non impossibile est, ex pluribus talibus inter se distans concantum fieri, qui exauditus pro miraculo habeatur.

31. Quem ne surdus quoque audire possit, lanceam sumat, cujus unum caput ad anum musicantium apponat, alterum dentibus apprehendat; quo pacto contingentiae beneficio omnia sonorum intervalla mirabili dulcedine percipiet, sicuti in simili à Cardano & Baptista Porta Neapol. demonstratum. Quod si surdus iste, vel alius quivis, etiam saporis particeps fieri cupit, musicamque etiam gustare, arundinem sumere præstabit, cujus capite altero ore apprehenso & spiritu fortiter adducto, voti compos evadet.

32. Hactenus de Vocalibus. Tempus ut nos ad MUTOS conferamus, qui sunt Peditus absque fonitu ex humidioribus quodammodo & paucioribus statibus genitis: Et latine proprie dicuntur VISIA, à verbo VISIRE, & Germanis est Feisten / sicuti Josephus Scalig. in suo Catullo testatur.

33. Sunt a. vel Sicci vel Liquidi. Sicci absque crassiore materia pedentium, & tacite erumpunt, & Germanis vocantur Schleicher, Liquidi vero, qui Germanico idio-

idiomate dicuntur *Drempler* / semper secum  
 trahunt aliquid crassioris materiae vel olcti li-  
 quidioris, quod flatum ventris obscuriorem ef-  
 ficat, & loco teli vel fulminis in hisce specie-  
 bus est. Facile a. ex subucula vel odore pes-  
 simo dijudicari possunt. Nam regula ista  
 quae de iis proprie constituta est, semper certa  
 est: *Muta cum Liquida syllabam facit ancipitem*,  
 ein *Drect in den Hofen*. Quo referen-  
 da historia Diaboli, qui cum vellet emittere  
 crepitum, & permerdatis braccis exiret liqui-  
 dus mutus, podicis sui perfidiam detestatus,  
 indignabundus exclamavit vulgatum illud:  
*Nusquam tuta fides, &c.* Hinc illi, qui  
 ejusmodi mutos liquidos praemetuentes braccas  
 prius demittunt, aut indusium attollunt, pra-  
 dentes appellantur.

34. Judicantur tamen hi liquidi salutare,  
 quando sic sine sonitu excernuntur, quod indi-  
 cent, non magnum esse spirituum copiam, &  
 excrementa quoque liquidiora, quibuscum fla-  
 tus illi absque periculo excernuntur. Materia  
 quoque simul maturitatem indicant, & exone-  
 randos lumbos, juxta illud:

Maturum stercus est importabile pondus.  
 Alias si cessetur, & illi cum telo redeant,  
 multum negotii in braccis faceffunt.

35. Atque hae sunt potissima divisiones  
 à forma desumptae, & per dichotomiam,  
 quan-

quant  
 omnib  
 debet  
 possil  
 dicat  
 36  
 tuum  
 divia  
 Bras  
 Cice  
 junE  
 hi a  
 divi  
 rabi  
 in e  
 risu  
 non  
 ut  
 pod  
 senj  
 qui  
 bit  
 pi  
 dic  
 ei  
 nu  
 lu  
 re  
 ei

quantum fieri potuit, explicata; quæ si in omnibus observata non est, nemini mirum esse debet, cum ipse philosophus hanc sæpe impossibilem, sæpe absurdam esse, non uno loco dicat. 1. De part. animal. 6. Top.

36. Licet autem & secundum materiam flatuum, vel potius efficientem eorum causam eos dividere in Ceposos, Alliatos, Raphantes, Brassicatos, Farciminos, Pisones, Lentulos, Cicerones, Polentarios, &c. Item ex Adjectis, in adfectatos & in voluntarios. Sed hi ad priores reduci possunt. Et ex postrema divisione adfectatus inter probos viros vix tolerabilis est, nisi inter contubernales, & qui in eodem lecto tenentur, qui sonorum crepitum risus movendi, aut se invicem vexandi gratia non semel adfectant, adeoque clarè crepant, ut aenea tormenta quis putet. Interdum verò podice subucula ocluso, crepitum aut visum, sensim evolantes, candela admota incendunt, qui pulveris fragrantis instar ad æthera abit. Interdum verò Mutos manibus excipiunt, & sodalis naribus ex improviseo dijudicandos adponunt (Pfund Teuffel. Vulgò ein warme Lochtaube) quod tamen minus ferendum videtur. Alter verò Involuntarius, qui scilicet nolentibus nobis, aut resupinantibus, aut se curvantibus, aut etiam ex magno quandoque risu aut metu

metu erumpit (qualis ille de quo supra) veniens mereri potest.

37. Expositis jam definitionibus earumque causis, de effectibus quoque nonnihil monendum est, qui licet ratione causarum varii sint & dissimiles, ad duo tamen summa genera reduci possunt, Bonorum & Malorum, ad quos tamen supremos fines Stoici, & hos secutus Cicero suas de finibus disputationes direxerunt.

38. Boni per se semper sunt & salutare peditus omnes, quatenus scil. homo illis liberatur. A pluribus n. morbis sanant, ab Hypochondriaco dolore, furore, colica, torminibus ventris, Iliaca &c. Sicuti contra, quando intro conduntur, & revolvuntur, vel occluduntur; flatus illi caput replent, & propter exhalationum multitudinem imaginem corrumpunt, Melancholicos, Phreneticos faciunt, aliisque gravissimis morbis hominem implicant. Hinc destuxiones in capite, ex fumorum Meteororum destillatione, quæ in subjectas partes derivantur, & tusses & catharros excitant, sicuti Medici frequenter inculcant. Quid multitis? Non potest quis justam in studiis quarumlibet rerum operam ponere, nisi idem omni pandiculatione, omnibusque flatulentis torminibus & solutus & liberatus fuerit. Melius igitur vel maximo strepitu perdere,

dere, quam Iliacos, alioque gravissimos dolores perferre.

39. Quæ & ratio Imp. D. Claudium (sic à claudendo dictum, per antiphrasin, quasi minime claudentem) nunquam satis laudatum movit, ut edicto veniam daret eis, qui in convivio efflatum & crepitum ventris emitterent. Vidit nimirum ter max. ille, deque hominum salute optime meritus, maximeque sollicitus Imp. quosdam nimis civiles (qui mori potius deligerent, quam tale quid committere) ex tormentis vel Iliacis vel colicis adeo torqueri, ut vitam cum morte commutarent, sicuti Suetonius, Dion & alii historici testantur, Ex quibus constitutio illa, quæ alias in Codice, sicuti aliæ multæ, Cujacio teste, desideratur, restituenda erit.

40. Non est a. quod hæc cum civilitate morum pugnare quis rigide contendat, siquidem ex puriore philosophia contrarium aperte probari possit, Stoicorum præsertim, quos Cicero ipse & omnes saniores philosophi in beatæ vitæ ratione tradenda reliquis longe antepo-  
nunt.

41. Hi igitur inter salutaria vitæ præcepta, Ructus & flatus liberos esse debere non tantum præceperunt, sed & gravissimis argumentis convicerunt, quæ Cicero in quadam ad Patam Epistol. 9. Famil. 174. refert

refert & strenue defendit, licet in Offic. in  
 haresin nescio qua falsa honestatis specie rela-  
 batur, inter quæ hoc præcipuum est: Quod  
 omnia & agenda & facienda sint, sicuti na-  
 turæ ductus exigit. Nec est quod hic quis de  
 pudore multum garriat, qui etiamsi hic locum  
 haberet, quod tum minime concedimus, eum  
 tamen devorare utile esset, ut corpus redimere-  
 tur. Cujus si quis prava ex consuetudine nibi-  
 lominus adeo magnam curam habet, potest  
 crepitem tussi vel pedum aut mensæ strepitu, vel  
 cane adhibito dissimulare.

42. Quo pertinet & illud, quod in subitis  
 maximi usus esse sæpius compertum est, Na-  
 tium scilicet compressio, podicis musculo summo  
 simul nisu contracto & constricto. Sed hoc  
 remedio qui uti volet, diligenter cavere di-  
 cunt, ne illi eveniat, quod Priapo apud Ho-  
 ratium, qui diffissa, ut ait, nate maximum  
 bombum emiserat. Et quod Æthoni apud  
 Martialem, qui cum subito ventris torminibus  
 obortis & flatibus ingentibus Jovem compressis  
 valide natibus salutaret, corpusque veterum  
 more precaturus resupinasset, gravissime pe-  
 pedit. Versus Martial. lib. 12. Epig. 78.  
 hi sunt:

Multis dum precibus Jovem salutat,  
 Stans summos resupinus usque in unguis,  
 Æthon in capitolio pepedit.

Riserunt comites. Sed ipse Divum

Offensus



Offensus genitor, trinoctiali  
 Affecit domi cœnio clientem.  
 Post hoc flagitium misellus Ethon,  
 Cum vult in Capitolium venire,  
 Sellas ante pedit Patrioclianas.  
 Et pedit deciesque viciesque.  
 Sed quamvis sibi caverit crepando,  
 Compressis natibus Jovem & salutes;  
 Turbatus tamen usque & usque pedit  
 Mox Ethon, deciesque viciesque.

43. Sed hic posset quis non immerito  
 querere: Siquidem tam salutare sunt pe-  
 ditus an etiam arte juvari possint, vel de-  
 beant? Et respondemus magistraliter, Quo-  
 ad expulsionem mali jam contracti, quod sic.  
 Ad quod duplicia sunt remedia. 1. Qua in-  
 tra adhibentur, ut sunt Medica illa ex Ani-  
 so, Fœniculo, Zedoaria, &c. calidaque  
 omnia, qui flatuum expulsionem maxime inser-  
 viunt. 2. Quæ foris adhibentur, ut clyste-  
 res, suppositoria, &c. Quo pertinet & mo-  
 dus ille, ridiculus quidem, sed non contemnen-  
 dus, quando quis instar canum mingentium pede  
 uno, quod musculorum motus adjuventur, le-  
 vato, & natibus diductis, crepitum maximo  
 bombo expellit.

44. Uvas vero & ficus recentes, pi-  
 sa, aliaque legumina, item raphanos, al-  
 lia, cepas, & id generis flatulenta, &  
 quæ facile concoqui non possunt, edere, aut  
 mustum

mustum bibere, vel venere multa uti, quo crudo stomacho crepitus ventris adaugeantur, & luculentia tonitrua edantur: Id non est inter medicamenta mali, sed potius facere malum, ut eveniat bonum. Cujus eventus cum sit dubius, nescio alicui consulere, ut hoc tenet, nisi forsitan certamen aliquod joculare instituire, aut musicam quampiam venustam adornare vellet. Tunc enim arte rem jicvare permittimus, quo cito & expedite cantores pedere possint.

45. Atque hæcenus de bonis Effectibus. Sequitur de Malis qui sunt odores & fetores pessimi, Indusij signatio, Braccarium impletio, quæ hospites interdum à mensa fuget, in liquidis mutis præsertim. Qui tamen effectus omnes non sunt perpetui. Nam non semper, nec omnibus speciebus accidunt: ita ut boni Effectus per se, & proprii sunt summo generi, ejusque speciebus omnibus. Mali autem saltem accidentarii.

46. Potest quoque inter bonos & malos quidam effectus esse interjectus & medius veluti rubor in facie ex verecundia ortus, qui prout in subjectum cadit, nunc bonus, nunc malus est, Med:æ scil. nature, sicuti Mercurius, qui bonis planetis sociatus, bonus est, malis malus. Ita quoque rubor, prout in juvenem aut senem cadit. Nam in illo laudatur, in hoc vituperatur.

47. Caterum sicuti bonos effectus promovere docuimus, ita quoque malos cavere si quis velit, duplex itidem habet remedium, 1. In Medicaminibus intro assumptis, de quibus supra. 2. In clysteribus & suppositoriis, Quorum omnium beneficio quis octiduo ante, quam ad convivium iturus est, se satis sufficienter evacuare potest.

48. Illud inter salutare monere fere obliti sumus, prodesse simul mejere & pedere, ex rationibus medicis multis hic non allegandis, & versiculo vulgatissimo:

Mingere cum bombis, res est gratissima lumbis.

Unde quoque natum proverbium, sine flatu mingere, nihil aliud esse, quam proficisci Romam, & non videre Papam. Licet plerumque prius mejatur, quam peditur. Nam dum unum alteri auxilio est, interdum flatu prius vesicam comprimentes urinam expellunt.

49. Restat, ut de signis dicamus. Quae vel apodictica sunt, vel necessaria, vel probabilia, Apodictica, in quibus causa praesens effectum cito subsecuturum demonstrat: quale signum est Raphanorum, ceparum, &c. Necessaria sunt, quando unus effectus jam secutus alterum quoque simul produsse, demonstrat, qualia sunt Odor malus sonus, stridor, &c. Probabilia, quae non semper nec omnibus speciebus accidunt, ut  
contra.

contractio, rugitus vel latratus ventris, tussis, pedum strepitus, &c.

50. Quæ signa si quis probe observaverit, artem ex iis condere Gastrologicam, calendariaque de Peditibus certissima summa cum vulgi admiratione scribere poterit.

Uerioris exercitii gratia, sequentia addimus problemata.

**Q**Uæritur, An ubi multi flatus emittuntur, aliquid decedat Animæ?

Respondemus. Nihil quidem animæ ipsi per se decedere, ut quæ sit ameristos, sed Animæ proximo & propriissimo instrumento, vitali scilicet spiritui. Et hoc tamen non semper, sed quando in magna copia simul emittuntur. Tunc enim sicuti in omni copiosiore evacuatione accidit, vires debilitant resolvendo & consumendo vitales spiritus. Et ideo Musicantes illi perpetuo resocillandi erunt musto, cepis, raphanis & similibus.

2. An Horologia possint fieri ex crepitibus?

Resp. Quod sic, cum sint motus numerantes tempus secundum prius & posterius.

3. Cur crepitus Imperatoribus assimiletur?

Resp. Quia sicuti Imp. summam habet in subditis vitæ & necis potestatem, ita quo-

quoque crepitus aliquem servare & perdere possunt. Hinc versus Vincentii Obsopœi:

Et crepitus multos nequiens erumpere perdit:

Et servat, balbum quando dat ore sonum.

Ergo si servat crepitus, jugulatque sonando:

Regibus hunc magnis quis neget esse parem.

4. An hodie omnes peditus sint Legitimi?

Resp. Esse ex nova constitutione D. Claudii, quæ generaliter loquendo nullibi in jure reperitur correctæ aut restrictæ. Quod bene notent practicantes Juris, & inter observationes cancræales referant.

5. An personæ pedentis dignitas aliquid auctoritati peditus? Exempli gratia, utrum peditus Papæ dignior sit, quam gregarii alicujus sacrificuli, ambobus eadem quantitate & qualitate existentibus?

Resp. Quod sic. Nam Papæ aut Imp. alicujus crepitum nemo reprehendit, sed omnes in alius inferioribus, qui interdum etiam ob id, contra omnia tamen jura, mulctantur. Nam jura naturæ immutabilia sunt, & prava consuetudine contraria minime mutantur.

6. An peditus arte chymica distillari possit, ita, ut educatur Quinta pedituum essentia?

Resp. Maximè, Sed cum spiritus sint, Recipiente amplo, quali utuntur in  
E confi-

conficiendo oleo vitrioli, & podice arte applicato excipiendi sunt maxima copia, deinde condensandi in oleosam substantiam sive balsamum, qui postea per circulationem in sole perfici debet, & fiet Quinta essentia maximarum facultatum.

7. In Musicorum gratiam quaeritur quot sint genera crepituum, secundum differentiam soni.

Resp. 62. Nam sicuti Cardanus ostendit Podex quatuor modis simplicibus crepitum format, Acutum, Gravem, Reflexum & liberum. Ex quibus compositis sunt modi 58. quibus additis quatuor simplicibus erunt ex circulationis differentia 62. crepituum genera. Quod volet computet.

F I N I S.



Disputatio Inauguralis.

*Theoretico-Practica,*

DE

JURE POTANDI.

Ad populares suos.

**N**on potare nefas. Potinnâ nata benigna  
Teutona progenies, pulcro conamine sueta  
Cum poclis vacuare scyphos, magnosque culillos  
Amula Persarum & Græcorum, læta superbi.  
Quid, quo jure modoque ubi, cur & quando bibendum?  
Inter-numque fiet, Davus fors potet an herus?  
Quodque fiet robur potûs? jam rite propinat  
Potorum præses: Tu oculis, ore imbibere & auro,  
Quâ peccare datur potu, haut impegere unquam.  
Qua præstare datur potu, haut defeceris unquam.

Oenopota Germanus.





DE  
JURE POTANDI,

Positio I.

**O**ttidiana esse addiscenda, Lucerna illa Juris Paulus in *l. legavi 25. de liberat. legat.* admonet. Cum itaque nihil (quod sciam) sit familiarius, nihilque magis solenne, quam ipsius Bacchi sacra, & verendum, ne nobis objiciatur, quod olim Servio Mutius opponebat in *l. necessarium. 2. §. Servius. 45. ff. de orig. jur.* turpe esse Germano jus conviviorum, in quo quotidie versatur, ignorare: Non abs te esse duxi, si nonnullas observationes tam Theoreticas quam Practicas in gratiam eorum, qui aliquando animum ad forum applicare desiderant, eventilarem, quo rudiores excitarentur, eruditioribus vero penitus in eam rem inquirendi ansa propinaretur.

2. ORIGO hujus Dionysii festi quin sit antiquissima omnibus constat. Usum videm promiscuum omnibus gentibus communem esse, æque novum est: temporum tamen

tamen evolutione nemo non Germanis propter sedulam eorum devotamque erga hoc numen religionem & culturam, principatum obtulit; quam laudem pressis velut manibus proterve adhuc præ cæteris sibi retinent & defendunt. Ad hos itaque, eorumque consuetudines collimabit dissertatio, quam tamen principaliter ad praxin Academicam volo accommodatam.

3. Hujus Numinis cultus in commestrationibus & potationibus consistit. **POTATIO** est strenua poculis suscepta velitatio. **JUS POTANDI** est, quod inde resultat, comprehendens ritus & solennitates, quidque alterum alteri ex lege præstare conveniat, subindicans.

4. **CAUSAM PRIMAM** ipsi antiquitati adscripsi. *Secundariæ sunt plurimæ, procedentes vel ex liberalitate ipsius domini, cujus impensis potationes expediuntur; vel ex quadam honestate; aliquando etiam ex necessitate.*

5. *Liberalitas illa causatur vel ex sola affectione, ut si amicos invitem nullam ob aliam quam amicitiaë causam; vel ex aliis circumstantiis: Sic ipsa aeris constitutio, nonnunquam occasionem à studiis feriandi Bacchoque indulgendi præbet, quod fit, si nebulosæ forsan incidant pluviae, quibus corpus ad desidiã provocatur, cui si solitudo*

tudo

tudo accedat, facile melancholia contrahi potest; Hoc itaque ne fiat accitis amicis ad potandum aliquando devenitur. Pari ratione majore urgente solis fervore, unde corporis provenit lassitudo, Musis invigilare difficile est; Assumendum igitur aliquid liquoris, quo ista flamma restinguatur, in quo dum laboratur, è re sæpius occasio bibendi nascitur. *Quæri hinc potest: An expediat diebus canicularibus studere?* Matutino tempore modica quidem olei impensio extra periculum esse putamus, pomeridianum vero tempus noxium omnino. Videmus enim tunc temporis canes in rabiem agi, qui tamen nullius rei cogitationi inhaerent. Quo dubio procul veneranda respexit antiquitas, quæ in quibusdam Academicis & scholis circa id tempus meridianas suspendit lectiones. Tabellarii quando bene nummati expectatus adventus regulariter aliquo symposio salutandus venit; ibi in sanitatem patris, matris & omnium eorum, qui aureos nummos mittere solent, bibitur, reliqui non curantur.

6. *Propter honestatem* aliquando instruenda potatio, studiaque interrumpenda, ut si amicus nos interpellet. Maxima namque esset rusticitas & importuna sedulitas, nolle amico per exigui temporis usuram vacare.

7. *Necessitas eos potissimum stringit, quoviviter ad Academias accesserunt. Illi namque per Schoristas (ut vocant) aditi vinum aut cerevisiam, prout fert eorum crumena, ad satietatem apponere coguntur, nisi pugnos sentire malunt; Quæ consuetudo numrationabilis, & utrumne quis salva conscientia Schoristarum consortio aggregare possit, si quaeratur? Utrumque de jure negamus. Incurrunt enim hæc recte contra Juris nostri principia, quæ honestatem morum jubent, alterius læsionem vetant; Fures & prædones si homines execrantur, quis hosce laudabit? Quorsum alias *Edictum quod metus causa?* Quorsum *Interdictum Utrubi?* Si non ad hosce per vim interruptentes hospites spectent? De facto autem & consuetudine loci quid obtineat, vide Disputationem famosam De Jure & natura Pennalium per tot.*

8. **M A T E R I A E S T V I N U M E T C E R E V I S I A:** quorum utrumque est in multiplici differentia; nec dubium, si de præstantia quæras, quin vinum cerevisiæ longe prævaleat. In suo tamen genere considerato, cujusnam bonitas præponderet, unius non est judicare, tot enim de eo sunt sententiæ, quot capita. Quod vel inde constat, dum plurimi reperiantur, qui aquam aut lac vino etiam excellentissimo præponant. Meo palatui magis adblanditur

diur cerevisia Rostochiensis, Hamburgensis,  
 Dänziger Dubbelt Bier / Preus-  
 singk / Braunschweigische Minne/  
 Knisenack / Hannoversch Bronhan /  
 Engelischs Bier / Zerbster / Torger /  
 quam Kuckuck / Büffel / Kastrum  
 Klatsche / longeque pluris aestimo vinum  
 Lacedæmonicum, vel purum Rhenanum, ut  
 Klingenberger / Muscateller / Neys/  
 Hambacher / Malvasier / Peter Si-  
 mens / Alkante / Kießfelder / Nothal-  
 ter / Bacharacher / quam omnia Fran-  
 cica & Hessiaca vina.

9. FORMÆ. potandi dignoscitur ex ipsis bi-  
 bitionum modis, qui vel sunt totales vel partiales.  
 Totales sunt, quando totum exhauritur: id-  
 que fit vel continue vel discontinue. Continue  
 quando uno haustu totum evacuatur; Idque  
 expeditur vel floriciōs vel hausticiōs. Floriciōs bi-  
 bitur, cum os poculi labris circumcluditur, u-  
 noque inperu potus ad gutturem demittitur,  
 cujus reflexio bullulas quasdam efflat, quas  
 flores nostri dicunt. Hausticiōs, cum usitato  
 modo totum sine respiratione extrahitur.

10. Cujus ratione in dubium venit: Si  
 quis inchoet aliquod poculum floriciōs ordine  
 ebibendum, & forsā unus è medio hoc  
 prestare nequeat (nam non omnibus con-  
 tingit

tingit adire Corinthum.) *Quid sit facien-  
dum?* Nemo ad impossibile obligatur.  
*nemo, 6. De R. f. in 6. & sufficit ad suum  
modum fuisse diligentem & gnayum*  
*Quod Nerva. 32. ff. De posit.*

11. *Sed quid si nec hausticōs ebibere  
queat?* Illa est lata culpa, non novisse id,  
quod omnes tenent. *l. lata. 223. ff. De V.  
S. quæ dolo comparatur. l. 1. §. 1. ff. De  
mens fals. mod. l. ix.* Ea propter excusatio-  
nem non merebitur. Bibat itaque usque  
dum oculi diffluent.

12. *Quid si de virium suarum tenuitate non  
protestetur, inchoetque floriciōs ebibendum, sed  
complementum addere non valeat, quid juris?*  
Ille de novo inchoare debet, non enim il-  
lud affectare debuerat, cuius erat imperitius.  
*l. idem. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil.*

13. *Quandoquidem hæc stricte obser-  
vanda sunt: Numne Virgo assidens aliquantul-  
lum adjuvare poterit?* Aff. Quia minima  
non curat prætor. *l. 4. ff. De in Integ. restit.*

14. *At quid si strenue bibat?* Tum nega-  
mus, hoc namque in fraudem legis fiet,  
quæ circumventionem non patitur. *l. contra  
29. cum l. seq. ff. De ll. præsumptio tamen  
pro virgine est, cum raro sint bibaces,  
LL. autem ad id, quod frequentius fit,  
feruntur. l. jura. 3. cum seqq. ff. de LL.*

15. *Anne idem de Anu asserendum?* Istud  
perne

pernegamus, longos namque singultus ventulæ solent ducere, & plus æquo absumere. Desuper plurima noxia in effæcto & rancido isto corpore continentur, quæ ultro cuiuspiam communicationem poculi dissuadere debent.

16. *Hæc pocula vel ordine procedunt vel extra ordinem.* Ordine quando nulla transgreditur persona, sed in omnes secundum sessionum seriem poculum promovetur, huiusmodi est poculum quod vocant sanitatis, quod alicujus sanitatis comprecandæ stabilizandæque causa nudo capite & quidem stando à tota Compania expeditur. De hoc quaeri solet: *An sit rationabile?* Dicimus finem quidem esse bonum, intermedia autem non usque adeo convenientia: Nam quis nesciat, quam multi sint, qui huiusmodi valetudinariis poculis, alterius procurare valetudinem intendentes, suam ipsius exhalent. Illos equidem in seipso injuriosos, ipsamque naturam violare constat, quæ quidem aliis prodesse dicitur, sed non cum suo detrimento. l. 2. §. 5. inf. ff. De aq. & aq. plu. arc. l. 6. C. De Servit. & aq. & ut loquuntur Dd. ordinata caritas à seipso incipit. Magnus tamen huius ubique est usus cum primis in aulis Principum.

17 Oritur hic dubium: *An liceat bibere in sanitatem Papæ?* Bibat qui volet,

nos non dignamur eum votis sanitatis: qui nunquam animo sanus est, nec sanus reddi potest. Sicit sanguinem, Animam nostram sicit, quam si secum in gehennam traxerit, non licet quærere, Papa quid facis. c. papa. 6. dist. 40.

18. Succedit huic alia quæstio: *An honestum sit, ut quis patiatur præsens suam ab aliis bibi sanitatem*: Ita obtinet usu, ut quis non reputetur politicus, qui talem sibi exhiberi patitur honorem. Imo multoties incivilitati adscribitur, si quis sine protestatione inchoari permittat sanitatem proximi cognati. *Amatoriis tamen seu Veneris mancipiis specialiter indultum est, ut in suarum Animularum (licet præsentium) sanitatem hujusmodi votivos haustus instillent, qui maximos in iis pruritus excitare solent, cordaque & renes penetrare*: Imo tanto hoc ipso incenduntur æstu, licet poculum sit ingens valde, cujus profunditatem vacca quadrima haut valeret absorbere, illi tamen sine difficultate ἐν τῷ νῶν ad unguem usque exsugere possint.

19. *Extra ordinem bibitur, cum ordinis ratio non attenditur, sed huc illucve poculum destinare licet. Quod vel simpliciter sit, vel cum singulari sensu*: Simpliciter, veluti si nihil præter ipsum bibendi actum introducat poculum, quemadmodum communi-



muniter bibi solet. Hic salebroſa ſatis incidit  
 quæſtio, quam multi tanquam altas radices  
 hominum attingere noluerunt. *An is qui ad-*  
*versario hoc pacto propinat, injuriam ſibi factam*  
*remiſſe videatur?* Agentibus aſſentimur:  
 nam cum hujusmodi propinationes votiva  
 quadam ſalutis comprecatione perficiantur,  
 quis neget, reſtinctum eſſe animi fervorem  
 in eum, qui nobis fauſtiſſima quæque com-  
 precatur. Eò reſpicit §. *ſin. Inſt. de injur.* diſ-  
 ſimulatione injuriarum actionem aboleri,  
 ubi notant Dd. illud fieri per ſalutationem  
 reciprocam, compositionem manuum, con-  
 vivalem & familiarem converſationem. Ii-  
 dem tradunt prædictis modis injuriam ad  
 animum ſemel revocatam, tacitè remiſſam  
 cenſeri, quod tamen communius non abſo-  
 lutè recipitur, ſed cum quadam limitatione,  
 ſi id lite nondum mota fiat. Quod vos no-  
 tare volo, quibus publicas popinas crebrius  
 viſitare moris eſt, ut ſicuti vobis cum alio  
 res ſit, nolitis vel illi præbibere, vel ab illo  
 profectum ſuſcipere, niſi ipſi mer reconci-  
 liationem appetatis. Unde proteſtari quosdam  
 videmus, quoribus cum inimicis ipſis con-  
 viviter converſandum ſit, cauſæ inde nihil  
 recedere debere, daß ſie ihm auff hoff-  
 redyt eins bringen wollen.

20. Singularem præ ſe fert ſenſum Po-  
 CU-  
 E 7

CULUM, quod dicant FRATERNITATIS, moribus introductum, quo alius quis velut initiationis ritu verbis solennibus in fratrem cooptatur: vulgo vocantur die Brüderschaft / oder auffn Dürtrincken / Formula communis adoptantis hæc esse solet: Si non domino juvenis nimis aut inæqualis viderer, optarem cum eodem amicitiam & fraternitatem pangere. Respondet alter, bibe in nomine Domini erit id mihi perquam gratum. Bibit ille, traditque adoptando, ubi in ipso traditionis actu hæc verba consueta adhibentur. Nomen est mihi N. N. faciam quod tibi sit acceptum, omittamque quod sit ingratum, comminatioque me ita geram, ut bonum addecer fratrem. Cui alter inquit; Et idem ego ero in omnibus. Ibi postmodum non multis adjectis mulationibus ab invicem rogationes fiunt, ut hæc fraternitas mutuis visitationibus stabiliatur. Hæc, ut dixi, fraternitas consuetudine inducta est, quam jus civile prorsus ignorat, nullus siquidem per adoptionem illo jure fratrem sibi quærere potest. *l. nec ab. 7. C. De heredit. instit. l. ipsam namque adoptio naturam imitatur. §. 4. Inst. de adop.* Contra naturam autem foret, fratrem ex fratre nasci.

21. Circa quod generaliter indagare liceat: Quid de ipsa fraternitate per poculum

contrac  
tatis  
hoc ve  
clitate  
nihil t  
in fact  
conspic  
invicem  
rum cu  
causam  
quoque  
tur. Ja  
in ipsa  
imperu  
ebrium  
paratu  
ebrietat  
erit.  
cioris c  
& stabi  
jici pro  
22.  
inquire  
Studiose  
Cum a  
leant,  
non di  
non im  
penali  
agatio

con-

contracta statuendum sit? Eam parum firmitatis habere prudentiores arbitrantur. Et hoc verissimum est, eadem siquidem facilitate, qua colligata est, resolvi potest. *l. nihil tam. ff. de R. I.* Quod multoties ita in facto evenit, ut qui hac hora in intimam conspirarunt fraternitatem, sequente se invicem pugnis exercuerint. Nec hoc mirum cuiquam videatur. Effectus enim suam causam arguit, quæ qualis præcessit, talis quoque hic censetur *l. 5. si. 1. de administ. tut.* Jam certum est, nihil quicquam stabile in ipsa ebrietate reperiri, sed omnia cum impetu agi *l. 11. si. 2. ff. de pæd.* Unde alii ebrium currui sine ductore currentem compararunt. Ergo nec in ipsa amicitia, per ebrietatem contracta, quicquam firmiter. Videmus tamen nonnunquam amicitioris conjunctionis hinc sumi occasionem & stabilimentum, & temporistandem subici progressu.

22. Stante tamen communi sententia inquirere non abs re erit: *An honestum sit, studiosum cum Pennali fraternitatem bibere?* Cum aves unius coloris junctim volare soleant, exque comite noscatur, qui ex se non dignoscitur, præsumptione juris, is non immerito pro Pennali habetur, qui se Pennali aggregat. Accedit quod Adoptio agnationis jus inducat. *l. 23. de adopt.* Agnati autem

autem arctissime jungantur, adeo ut de alterius sanguine participasse videantur. Coaluisse itaque reputatur, & ipsam veluti ex traduce hausisse pennalitatem censetur, qui cum pennali hujusmodi fœdera pepigit. Degradatione non indignus est, ut qui tam crudelis fuit, ut famam suam neglexerit, quæ cum vita pari passu ambulat l. 6. de manum. vindict.

23. Idemne de Nobili asserendum, quod ipsi efficiat cum studioso ignobili hujusmodi consœderationem facere? Minime gentium. Quandoquidem tantum abest, ut hoc nobilitatis splendori sit dedecori, ut potius eum apprime ornet. Sic summos videmus Monarchas literatorum ambiisse amicitias, ut quorum consiliis & eruditione instructi longe fœlicius imperii gubernacula tenere potuerint. Quid quod ipsis studiosis, eadem (si non majora) comperant privilegia, quæ nobilibus. *Auth. Habita C. Ne Fili. pro patre.* Quid quod & ipsi (præsertim juri incumbentes) ad nobilitatis fastigium adspirare valeant, exemplo Ulpiani in l. 7. C. De postul. l. 8. f. ff. De excus. tit. Quam nobilitatem utpote virtute acquiratam multo præstantiorem esse ea, quæ ex natalibus provenit, tradunt, secundum illud: *Nobilis is vere est, quem nobilitat sua virtus.*

24. Unde diffluit & hæc consideratio: *Aliquidnam decedat honori studiosi, si pitem in fratrem adsumat?* Affirmandum prima fronte videtur ex iis rationibus, quibus contra penalem usus sum. Attamen contrarium in foro determinari videmus: Et ratio diversitatis dari potest; quod penalis infamia quadam si non juris, facti tamen laborare videatur, & in contrario prorsus sit prædicamento cum studioso, sique velut abortus, in quo naturæ deficiat perfectitudo; cum contra pices sint in suo genere perfecti, nec ita odibiles. Huc confer, quod ratione victus & amictus studiosus isto hominum genere carere nequeat. Quare fidissimè consulo his, qui hujusmodi hominum opera uti coguntur, ut rogati non denegent fraternitatem. Nam hoc & in Cambio & mutatione pecuniarum; & fide habenda, si nummos in præsentem non habeas, plurimum prodest. Recitabo vobis exemplum, quod alicubi accidisse audio: Fuit aliquando mercator, qui ambivit studiosi cujusdam fraternitatem; Hic bene esse dicit, se non solere se quemquam qui non sit sui ordinis in fratrem assumere, nisi data aliqua arrha sive recordationis symbolo: Alter gestiens de tali oblato fratre, quid cupiat quærit; Cui insit ille, placere sibi libialia serici filii, quæ ut det, imperat. Consentit

sentit pix, postero die promissum exple.  
Videte num hæc praxis aureum os habeat.  
Remittendum igitur potius aliquid de jure  
rigore, quam contra propria commoda labo-  
borandum.

25. *Quid de Virgine censes: Num casti-  
tati quippiam inde decedet, si cum juvene  
jussimodi fœdus pangat? Illud perquam so-  
lemne esse inter nobiles audio; imo alibi  
quando etiam ad alios defluere ritum illum  
animadverto, daß sie auff Schwester-  
schafft oder hertzliche Treue drincken;  
sed cavete, inquam Virgines quotquot ca-  
stitatem amatis, ne prætextu fraternitatum  
vos in sua retia pelliciant, fistula dulce ce-  
nit, volucram dum decipit auceps, & So-  
rorculæ titulus brevi negotio in titulum  
concupinæ converti potest. Quare princi-  
piis obsta, sero medicina paratur.*

26. *Hic hausticōs bibendi modus nonnullis  
aliquando circumstantiis variatur desumptis aut  
ex subjecto recipientis potum, vel ex bibendi  
discrimine. Illo modo multoties ex patinis  
frustis carniū abdominis & juscūli reli-  
quiis illitis sorbentur potiones, vel ex pileis  
domesticis multoties peculiis plurimis obse-  
tis hauriuntur; vel ex calceis, quos non  
raro impurus aliquis podicis filius ambedit,  
magis singultibus protenso gutture extra-  
hantur;*

hunc  
excrem  
cer,  
hic me  
non pe  
deuntib  
illum  
multum  
familia  
inde fo  
rum p  
lis; se  
dum.  
lex i  
cum  
deglu  
fatura  
vorati  
bilis  
calkas  
27.  
to vel  
vitta  
bellar  
excid  
dille;  
arrofi  
facile  
luero  
quan

huntur : Quod ex matulis cum ipsis urinæ  
 excrementis potum sumere quibusdam pla-  
 ceret, Suibus ædepol magis quem studiosis  
 hic mos conveniens, & qui hoc faciunt,  
 non potiores sunt canibus ad vomitum re-  
 deuntibus, multisque parasangis rusticum  
 illum antecedunt, qui regestum in viam  
 mulsum pileo excepit, secundamque sibi &  
 familiæ suæ mensam domum rediens exstrui  
 inde fecit. Nec minus probabilis est eo-  
 rum procacia, qui candelas injiciunt pocu-  
 lis; scriptum enim est, *bibe quod est liqui-  
 dum.* Quod de isto dicam lurcone, qui  
 sex injectos in cantharum haleces falsos  
 cum ipsa cerevisia proluere, & integros  
 deglutire potuit. Ego ipsi aliquid mollioris  
 farinæ, quod spinas non continuisset, de-  
 vorandum porrexissem, quod ipsi conduci-  
 bilius forsan, nec tanta in digerendo diffi-  
 cultas fuisset.

27. Exclamo quoties eorum mecum agi-  
 to vesaniam, qui non contenti potu, ipsa  
 vitra simul vorant; expediret potius aliquid  
 bellariorum à tergo vaccæ magnæ recenter  
 excidentium ore excepisse, illudque man-  
 disse; sic enim & os & viscera extra omne  
 atrosionis periculum posita forent. Unde  
 facile constat, posse quem hujusmodi in-  
 luetos & violentos bibendi modos, alio  
 quantumvis præcunte, honeste recusare.

28. Sed

28. *Sed quid si sub honoris nostri discrimine admoneamur*, *Ben Schelm Schelm* *der es nicht nachhüt?* Nec tum quidem nos teneri autumo. Etenim quæ facta laudant pietatem & incolumitatem, & contra bonos mores sunt, ne fieri quidem à nobis posse putandum *l. 15. ff. de condit. instit. ne malis moribus aperienda fenestra*, sed potius purganda à corruptelis provincia *l. 1. pr. de offic. præf.* Quin & quod in proprium corpus lævire non liceat. *l. fin. §. 6. ff. de bon. qui ant. senc. cum nemo sit membrorum suorum dominus l. 12. ff. ad l. Aquil.*

29. *Ipsè bibendi actus variatur multè faciam.* Ego paucas allegabo circumstantias. Sic nonnullis placet ore attollere vitrum. Alii citerius apprehendunt labrum, ut inclinato ad terram capite bibant: Quidam duo conjungunt pocula, & simul ebibunt. Reliqui non manu adsumunt, sed brachio innectunt poculum. Sunt qui ad frontem statuunt vitrum, ut sensim per nasum veluti canalem in os defluat, ubi præ cæteris hi insignem mihi prærogativam habere videntur, qui bene nasuti sunt, ita et inferius in curvaturam ad modum rostri psittaci nasus abeat.

30. Sunt alii qui propria nomina propter gesticulationes & ceremonias adhibitas, bibitionibus indiderint. Cujusmodi sunt

*Curl.*

*Curl.*  
lennitar  
num cu  
nation  
bertau  
licem fin  
wisch.  
Bart  
bet?  
privati  
subtilit  
31.  
tinuis e  
contin  
Gratulu  
sus p  
quand  
in Mu  
cum p  
habent  
longe  
quis v  
Negat  
namq  
jus fer  
quid  
legis v  
tamen



*Eurtl* / *Murtl* / *Puff* / *cujus miræ sunt solennitates vel potius fantasie*; Poculum latinum cui verba nonnulla cum quaterna propinatione adhibentur: Item *Das Köfleit*

*vertauffen* / *Dem unbekandten bringen.*

Item sine *Tuct* sine *Schmuck* / sine *Bartwisch*. De quo posteriori si roget quis: *An sine*

*Bartwisch* bibere queat, qui barbam non habet? Respondetur id jure fieri non posse?

privatio enim præsupponit habitum. Quæ subtilitas tamen in foro non attenditur.

31. *Haëtenus de poculis tot aliter & continuis exhauriendis; modò despiciamus de discontinuis haustibus, cujusmodi est poculum*

*Gratulatorium, der Willkommen* / *cujus*

*usus perquam familiaris est studiosis, si quando novum hospitem nunquam antehac*

*in Museo visum accessisse videant, eidem cum proluxa præfatione capacissimum quod*

*habent poculum in argumentum accessus longe gratissimi afferunt. Quod num recte*

*quis recusare posset, multoties quaritur? Negativa communiter obtinuit. Quilibet*

*namque Monarcha est in suo Museo, ac sic jus ferendi legem habet. l. de constit. poc. Et*

*quid laborabimus contra consuetudinem legis vim obtinentem. l. 32. ff. de LL. Ubi*

*tamen semel quis hujusmodi honoratus poculo,*

culo, denuo licet alio tempore redeat, nec est conveniendus, nisi Museum sit mutatum, quo facto, utpote novo acquisito territorio, novis sanctionibus opus est, cum hujusmodi statuta sint localia, nec ultra protrahantur. *l. fin. de jurisdic.*

32. Illud agitatum læpius: *Si cui in primo accessu poculum non sit oblatum, an Dominus Musei juri offerendi tacite videatur renunciasse, hospitemque necessitate bibendi liberasse?* Certe ipsa intentio & scopus hujus poculi attendatur, affirmandum illud plane videtur: Contrarium tamen usu invaluit, videtur enim dominus jus in commodius tempus sibi reservasse, cum nec ea, quæ meræ facultatis sunt, ullo tempore præscribi possint. *l. 2. de via publ.*

33. *Hucusque de totalibus bibitionibus: succedunt partiales, cum non totum, sed pars tantum hauritur, puta quando duo vel plures de uno vitro participant.* Qualis est permagna illa humpa, quam vocant *das Römische Reich* / cujus potentia non est exigua in prosternendis etiam viris fortissimis. Sic in inferioris Saxoniae locis quatuor ex uno & quidem pleno vino vel cerevisia repleto cantharo bibunt, ita ut tres priores semel tantum bibant, quartus vero solus totum quod reliquum est exsiccet, quæ forma potandi vulgo nominatur. *Den Suchß schleppfen.*

34. Unum hic admodum singularem notare modum, cujus praxis aurea est, quem observavi in aliqua bene constituta republica. Vidi in eadem mensa junctim per pares non secus ac columbæ assolent, sedentes virgines & juvenes, ubi complicatis invicem, digitis annularibus adsumptoque inferius per utriusque manum simul poculo, junctisque velut rostris & hic & illa bibunt, & tandem osculo ceu sigillo apposito hanc societatem obfignarunt. Optandum esset, ubique solennitatem hanc usu valere, jurarem multo sapidiores redditos iri porus; sed (proh dolor) imperitorum quorundam incuria plerisque curiis prorsus intercidit.

35. In hoc tractatu non omittam celebrem & utilem articulum. *Quid faciendum si omnes ex uno cantharo bibant, unigue inter bibendum sternutatio obveniat?* (quod fieri videmus, dum aliquando ipse liquor solo meatu relicto per nares in cantharum relabitur.) Non iniquum arbitramur, ut ille solus totum, quod reliquum est, exhauriat, posteaque puero cantharum reluendum tradat, & sic peragatur in opere. Quamvis enim casus fortuitus, nemini imputari debeat, si tamen ex precedente culpa proveniat, præstandus venit, lib. 5. §. 7. ff. commod. Quod in proposito casu accidisse

disse evidenter patet, aut enim moderatim debuisse bibisse, aut maturius ore avulsi-

36. *Sed si ille suas sordes sorbere noluit depreceturque humillime? Interest quidem Res publ. pœnas suam sortiri exitum. l. sancimus. C. de pœn.* Putarem tamen ex æquitate hoc ei posse remitti, aliumque cantharum ad summum usque repletum de novo ebibendum tradi: Ignoscendum enim est ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter qualiter redemptum vult l. 1. ff. de bon. cor. qui ante sent. maxime cum severitas LL. cum aliquo benignitatis temperamento leniri debeat l. 11. pr. ff. de pœn.

37. FINIS ET EFFECTUS potationis ipsa inebriatio. Cujus modum expeditissimum plurimi desiderant, inque eo inveniendo auctores variant. Extra controversiam est vinum citius occupare cerebrum quam cerevisiam, quoque utrumque melius sit, eo validiores esse operationes; sed in eo vertitur cardo; *Sensimne bibendum an cum impetu? Et si hoc, utrum magni quis urzendus sit poculis, an minoribus veluti suppingendus? De hoc sic habete.* Quæ cum impetu fluunt, plus quidem roboris habere, citiusque aliquod vacuum completere; cæterum si exitus inferior obturatus sit, vel aliquantulum angustior, eodem cum impetu resurgunt & effluunt, quo infusa sunt.

sunt. E  
superim  
visiam i  
plerasque  
vasis sit  
in tantur  
potis sit  
Et citius  
ne stes,  
tota ope  
musculis  
Heroum  
Cicus, i  
ver, dor  
neur, u  
cum suu  
38. C  
contenda  
ut ebric  
hanc m  
et hospi  
minoru  
tant viti  
conscienti  
tractibus  
et, ut  
soret, e  
sentim  
l. 24. ff  
39. I

sunt. Exemplum sit infundibulum Lagenæ superimpositum, per quod nisi sensim cerevisiam instilles, parum lagena capiet, sed pleraque peribunt: si qui magnis onerantur vasis stante pede ebibendis, repleti quidem in tantum possunt, ut digito in os immisso, potis sit purum attingere vinum: Verum diocritius totum rejicitur, (cave sis ne è regione stes, ni velis salutare litera longa) & sic tota operatio frustranea est. Contra si minusculis poculis agatur, illorum vim (ut Heroum est animus) strenuus flocci facit praticus, illaque ultro cum voluptate promoveret, donec tandem hisce illecebris ita fascinetur, ut neque pes neque manus satis officium suum facere queat, ut ait Comicus.

38. Cum itaque omnes machinationes eorum contendant, ut quis ad extremam perducat ebrietatem, varia stratagemata, quibus hanc mentis alienationem evitare sperant, à hospitibus excogitantur, & cum primis vicinorum infidelitas, dum sua aliis obtrudant vitra, deprehenditur. Quod num bona conscientia quis facere possit quæro? Si in contractibus naturaliter quem circumvenire licet, ut licet. l. 22. ff. Locat. Quid causæ foret, quo minus hic idem dicamus, præsertim cum vigilantibus jura scripta sint. l. 24. ff. quæ in fraud. cred.

39. HUNC FINEM cum assecuti sint hospites,

hospites, mirificas retractare incipiunt, omnia tumultuariè, ibi clamoribus & jubilationibus perstreperunt omnia. Nec desunt modulationes vocum, quibus tota domus perstrinat, cujusmodi sunt: Ich fuhr mich über Rhein / 2c. Günstiger Herr und guter Freund / 2c. Nachbar G Du gebe ein guten Dag / Köselein / 2c. Bonum vinum post Martinum, &c. Wir haben ein Schiff mit Wein geladen / 2c. Seth den Barckenmeyer wol an seinem Munde / 2c. Der tolle Hundt / 2c. Ein Hirsch sprang auß dem / 2c. Es fuhr ein Bawr ins Holz / Alde / Alde in seinem Köselein / 2c. Der Keusel war auff den Zaune / 2c. Was wollen wir singen / 2c. Hänselein mein Brüderlein Bacchus nobiscum. Et cum suo dolio. Equæ sunt aliæ musicales voces: Prædictæ tamen cantilenæ conjunctis omnium vocibus decantantur; alias quoque promiscue singuli suas cantiones efformare & declamare solent, quod auditu petjucundum est.

40. Qua occasione placet despiciere: qui in convivio tacitus sedens reliquorum voces intare non valet, præsumatur exinde novus studiosus, utpote qui nesciat ceremonias Academicas.

Neg. Nam etiam is, qui plurimos annos in Academiis contrivit, ita se potuit literis abdidisse, ut perraro in hujusmodi sodalitia ipsi transeundi spatium reliquum fuerit, vel utcumque aliquando interfuerit, non tamen protinus cuncta observasse potuerit; omnium siquidem memoriam habere divinitatis non humanitatis est. l. 2. §. 14. de V. I. E. Sic nec è contrario statim is præsumendus studiosus, qui in omnibus huc decantandis strenuam conjungere potest operam; Ipsi etenim Pennales subtiliores nonnunquam habent spiritus, & ea rimari possunt, quæ vel studiosis sunt incognita.

41. Non infrequenter quoque sunt disputationum certamina, ipso jam cooperante vino, juxta illud:

*Cum bibo vinum, loquitur mea lingua latinum.*

Et

*Fecundi calicos quem non fecere disertum.*

Cum primis noviti ferula scholastica recen-  
ter exempti admodum sibi placent, & bar-  
bam demulcent, si de Ente & non Ente,  
de Ente quidditativo & ejusdem notionibus  
primis & secundis, & affectionibus, & quæ  
hujus farinae alia mysteria Platonica sunt,  
suaviter (subtiliter puto) in convivio disce-  
pere queant, putantque hoc pacto omnium  
admiratione suspicionem Pennalismi de-  
clinare; nam quis stupendam hanc erudi-  
tionem in trivio natam vel mustitare au-  
deret,

deret? Sed nescio qui fiat, nostri nimium  
 oculati, asinum sub exuvio Leonis delite-  
 scientem sine perspicillo conspiciere possunt,  
 adeo graviter advertunt. Hinc fit, ut ho-  
 rum disputatorum paralogismi aliquando  
 solidissimis alapis resolvantur. Hoc vitium  
 non solum Faixes isti infecti sunt, verum  
 etiam ex ipsis studiosis nonnunquam repe-  
 rite licet, qui admodum proclives sunt ad  
 disputandum, si vel tantillum occasio  
 præbeatur: Ibi si ad omnes audires cater-  
 vatim loquentes, Papinianos, Ulpianos,  
 Martianos, Africanos, Julianos, & totam  
 antiquitatem Jurisconsultorum. Nec taceo  
 Neoterici, sed Donellum, Cujacium, Fa-  
 brum vivos adesse dejerares. Br, Bl, Jase-  
 procul ire jubentur. Mirum quanta conge-  
 ries LL. quanta series rationum adducatur.  
 Sed redeundo ad quæstionem non sine peri-  
 culo est, verbis experiri velle, ubi poculis  
 res agenda venit: Vacuus venter bibit le-  
 benter, nec se verbis explere finit. Et quid  
 opusest verbis, ubi rerum, id est, poculo-  
 rum testimonia adsunt: Quæ res adeo  
 quosdam movet, ut si verbis vincere ne-  
 queant, verbera substituant, ut multoties  
 observatum memini. Et recte quidem quid  
 Saulus inter Prophetas? Eo etenim intentum  
 esse debemus, ut omnia fiant decenter in  
 Republica & tempestive, si quidem non  
 omnia

omni  
 dispu  
 si per  
 antea  
 ftes.  
 & os  
 vate l  
 ricali  
 proflu  
 aut vi  
 42  
 aliqua  
 veant  
 retund  
 muni  
 so pr  
 uolit  
 lingu  
 muni  
 mite  
 cedem  
 lum  
 tus  
 biosa  
 hæc  
 ideo  
 nullu  
 ff. de  
 delict  
 & ja



omnia omnibus & ubique conveniunt. Qui disputare vult, cathedram conscendat, quo si perventum est, multi qui aureos montes antea pollicebantur, magis silent quam pifces. Discite itaque frenum injicere linguæ, & os continere, ubi opus est, & vosmet servate loco magis tempestivo; non enim periculi quicquam suberit, licet eruditione prorsus intumescatis, quod rumpantur ilia, aut vi tantæ copię dentes excutiantur.

42. Multi in more positum habent, ut aliquantulum inebriati continue rixas moveant. Unde quo remedio eorum procacia retundenda sit, plurimi laborarunt? Communiter obtinuit, hujusmodi homini rixoso primo silentium imponendum; si tacere nolit, minas esse addendas, quod si nectum linguæ petulantia compesci posset, communibus impensis bene delumbatum remittendum esse, unde venerit. Et hic procedendi modus juri conveniens est; malum namque e populo tollendum, ne latius vagetur, cum constet unam ovem scabiosam, totum posse inficere gregem. Nec hæc verberatio cum relegatione conjuncta, ideo cuiusdam rigorosa videri debet, quod nullus duplici pœna affici debeat. *arg. l. 14. ff. de offic. præf.* Nam præmonitio duplex delictum aggravat. 28. §. 3. *ff. de poen.* & jam tum consuetudinem delinquendi

contraxisse præsumitur, qui admonitus non desistit. *lib. 3. C. de Episc. audient.*

43. Plurimi bene poti excussionibus nostrarum, omnisque suppellectilis dilacerationibus & collisionibus delectantur: Quinimo cibanos dejectos & per fenestras ejectos accepimus. Quod Schoristæ in violationibus Pennalium ut plurimum attentare solent; aliquando adhuc inclementer cum iis agunt, ipsamque bibliothecam invadunt, spoliant aut corrumpunt. Unde existit dubitatio non levis, *An hujusmodi damnum Pennali illatum sit compensandum.* Schoristæ communiter tenent, quod non quia quod ad jus studiorum attinet, Pennales pro nullis habentur. *l. Quod attinet 32. ff. de R. I.* Sed velut civiliter mortui dicuntur. *l. ante pen. d. t.* servi etenim sunt studiorum, & jussa eorum exsequi coguntur. Eodem facere ajunt, quod Pennalis editio monstrosa sit: nam cum natura studiorum facere voluit, aberravit, & Pennalem ediderit. Monstrum autem non pro homine. *lib. 14. de stat. hom. l. ostentum. 38. de V. S. l. 3. C. de posth. her. red. instit.* nedum pro studioso habeatur. Præterea hanc castigationem non malo animo, sed emendationis & instructionis gratia fieri dicunt, quæ non improbetur jure. *t. t. G. de emend. propinq.* Studiosi enim

enim sint veluti magistri Pennalium, in quos intentos esse oporteat, ut mores Academicos addiscant. Ea propter si vel oculus Pennali excutiat, injuriandi animo id non fieri præsumitur, sed animo disciplinandi. *l. 5. §. fin. ff. ad L. Aquil. l. 18. §. 2. ff. de poen.* Qui textus quamvis in eo illis obstat videatur, quod in fine subjiciatur Aquiliam locum harum habere; in promptu tamen habent responsionem, loqui illam legem de illis discipulis, qui sunt stabiles, quod videlicet hujusmodi violentia, remedia, in eorum instructione non sint adsumenda. At cum Pennalis sit duræ & pertinacis cervicis, duriore quoque cuneo opus esse, & non pectinem sed strigilem esse adhibendam. *Verum utcumque speciose hæc ita dicantur, contrarium tamen in puncto juris verius est, nec difficile esset, nisi brevitatis studium dissuaderet ad allata fundd. respondere.* Tota autem quæstio inde decisionem capere posse videtur, ut constet, *An Pennalis gaudeat privilegio studiosorum?* Quod superius quidem negatur; *Id.* tamen communi calculo in *Auth. Habita. C. Ne fil. pro patre*, affirmatur; nulla siquidem distinctio in *d. auth.* adhibetur. Ergo nec nostrum erit eam textui adingere. *l. de pretio ff. de publ. in rem ad. l. 1. §. ff. de præstand. leg.* Sed potius ratio.

ratio, qua moveretur Imper. æque in illis qui noviter ad Academias adspirant, quam reliquis, qui canitiem in Academiis contraxerunt, convenit. Quare igitur dispositione hujus juris excludemus, *l. 32. ad l. Aquil.* Et hoc quidem in tantum verum esse ajunt, ut etiam ad eam qui primum ad Academiam proficiscitur licet eam non attigerit *d. auth.* porrigendam statuam. Imò quod majus est, alibi in Gymnasiis, Cæsareis privilegiis non donatis, delitescantibus hæc privilegia attribuunt. Ut sit sive *d. auth.* eos comprehendat, sive non, hujusmodi damnum datum rependendum est ex juris communis dispositione, quam si quis ad Pennales pertinere neget, næ is album à nigro distaret negabit. Sed hæc est communis Theoretica. In praxi quidem miseri isti Pennales (est genus timidum) frendore dentium & minis facile absterrentur, ne jus suum prosequantur, qui si tamen rem ad magistratum deferre ausi fuerint; non impunita ab hæc Schoristarum violentia.

44. Mirum est in tanto ebrietatis gurgite omnem extinguente rationis & memoriæ usum, nihilominus sanas cogitationes suscipi posse, quod tamen à nostris religiosissime fieri videmus, dum non immemores tractationis oblatae, ipsos bolos & potus

potus eructant, & hospiti vice compensa-  
tionis reddunt. Dubitari itaque possit,  
*An hæc regestio in multorum presentia fa-  
cta aliquam turpitudinem sapiat?* Commu-  
nis opinio est quod non; illud siquidem  
sit consequens necessarium, quod provide-  
ri nequeat. Unde tantum abest, ut hospi-  
tes ei succenseant, ut potius summe sibi  
gratulentur, triumphantes de tanta obtenta  
victoria. Quinimo allata aqua jubent mun-  
dare os, & nihilo secius examen continua-  
re. Contrarium tamen ex jure eruere for-  
san haud foret difficile, sed periculosum ni-  
mis est, contra communem aliquid aude-  
re tentare.

45. *Qua stante sententia. Si in presentia  
virginum iste vomitus fiat, ane tunc aliquid  
dedecoris secum trahit?* Maxime, & ita  
quotidie practicatur. Quod multi non sine  
dolore experti sunt, hoc ipso omni Ama-  
fiarum gratia exuti. Imò audio quempiam  
ab assidente virgine, quam perditè amarat,  
suam appellatum, & manibus pedibusque  
de mensa esse dejectum, quamvis nullam  
conclavis partem commaculaverat, sed  
omnia in proprium pileum ori obditum  
rejecerat. Quod tamen durum nimis,  
cum quilibet sit rerum suarum moderator  
& arbiter. *l. 21. C. Mandat.* Sed ita stylus  
curiæ observat.

46. Non minus in eo deludatum est. Numne quis in medio virginum residens <sup>salvum</sup> honore suo ad urinam reddendam exsurgere queat? Quidam admodum inverecundum id esse existimant, & ob id in varia inquirunt remedia urinam suspendentia. Alii quibus de iis remediis nihil constat ipsam naturam coercendo urinam reprimunt, <sup>ut</sup> que dum lachrimæ ex oculis prorumpant. <sup>hic</sup> Audivi elegantem de quodam juvene historiam, qui in convivio virginum gregi associatus, & undiquaque adeo impense poculis impetitus est, ut brevi tempore ad urinam reddendam natura instigaverit. At ille impudicum existimans tam cito surgere, viam invenit pudoris salvandi, ac veretrum suum fortiter intensum in ocreas quibus tunc temporis utebantur, ad ventrem usque porrectas (Eques enim incesserat) immittit urinæ reddendæ gratia. Quod dum agit, ecce infelici è regione à virgine poculum offertur, cujus cum suscipiendi causa surgit, prorumpit nequam ille sub mensa latitans, seque in ipsas virginum facies effundit, quo viso hoc monstro, elatis vocibus conclamarunt, non secus ac anseres, ta, ta, ta, quid hoc est. Perpendite quæso, quid cordis fuerit ipsi misero. Ne igitur de nobis eadem ludatur fabula, nolite usque adeo esse meticulo-

losi;

losi; u  
quod n  
velint e  
possun  
incivile  
tempor  
remedi  
se un.  
zisset,  
set.  
47.  
non si  
qui ev  
spurca  
conver  
prop  
ff. de  
non  
reboaz  
tes la  
autem  
18. d  
deb  
verfa  
De I  
exer  
tur,  
ad L  
4  
tidis

lofi; ut vereamini opus reddere naturæ, quod nec ipsæ virgines, licet admodum velint esse subtiles, per sudorem emittere possunt. Et licet illud aliquibus videatur incivile, melius tamen est occurrere in tempore, quam post vulneratam causam remedium quærere, l. 1. Quando liceat. *se un. fin. jud.* Si ille in tempore surrexisset, non tantam ignominiam contraxisset.

47. Sed redeundo ad vomitum: illud non sine litigio esse deprehendo: *Utrum is qui evomendo alterius faciem vel vestes conspurcavit, injuriarum aut L. Aquil. actione conveniri queat? Neg.* Quia voluntas & propositum maleficia distinguunt. *lib. 53. ff. de furt.* Hic vero delinquendi animum non habuit, cum necessitate compulsus reboantes emittere coactus fuerit, nisi dentes labefactare mallet. In necessitatibus autem nemo præsumitur esse liberalis *lib. 18. de adm. leg.* Hoc facit, quod quilibet debeat esse gnarus conditionis ejus, cum quo versatur, *lib. 2. §. 43. De O. I. lib. 19. ff. De R. I.* Si itaque in loco hujusmodi exercitiis destinato incuria sua quis lædatur, sibi illud imputare debet *arg. §. 3. Inst. ad L. Aquil.*

48. Quoniam superius in virgines incidimus, memoranda hic tractanda venit

Quæstio : Satis ne tutum sit virgines inter  
 hujusmodi conversationibus ? Aedepol quæ  
 tunc incertatum solemus esse manuum, ca  
 que sursum versum in omnes angulos inle  
 rere in more habeamus, & frequenter tam  
 quam oves erramus, præsertim si lumina  
 (quod contingere in proclivi est) intercidant  
 suaderem ne nimium fiderent, later enim  
 anguis in herba, quæ si cuspidem alicui fr  
 gar, venenum exspuit immedicabile, quæ  
 sumpto adeo intumescunt puellæ, ut nullum  
 Emplastrum, licet vim habeat maxime ex  
 trahentem, tumorem istum extrahere valeat  
 (non loquor de illis, quæ passavicam tenent  
 artem, seque contra omnes ictus præmunire  
 norunt.) Cogitent quoque optimæ istæ Ga  
 lateæ, quam periculosa res sit Virginitas  
 cum eam osculo delumbari tradant. *Dd. ad  
 lib. 16. C. de donat. ant. nupt. per text. in  
 lum.* Perpendant insuper & accuratius air  
 quanto examinent illud pontificis præsa  
 gium in *c. si Paulus causa. 34. quæst. 5.* Ne  
 Deum quidem corruptam virginem resuscit  
 rare posse; A quo non procul abest *Imp. in  
 lib. un. C. de rapt. virg.* Quæ singula non  
 sine gravi consilio quibusdam in mentem  
 venisse suspicor, quæ cum mordicus se  
 suamque salutem defendere voluerunt, in  
 dignantes in hæc erupisse invectivas & dif  
 fensivas voces perhibentur: sine me inde  
 con-



tonsam: Manum de tabula, Desine, quod  
 quaris non invenies: Domine quot sunt  
 venti; vel ut Neotericae, Huiuscone aspiras?  
 Bey seibe nicht/ Ach wie kont einer doch/  
 hören auff/ lassens bleiben/ jetzt oder  
 noch ehe/ Ist der Herz auch höuisch/  
 Diese Wochenicht/ Meint ihr daß ich  
 ein Hure bin/ vor wen sehet ihr mich  
 an/ les mich gen/ & quas sunt hujusmo-  
 di indignandi formulæ alia.

49. Opportune hic quaeritur: *An is qui hoc pacto manum in virginis sinum voluit immittere, injuriarum possit conveniri?* Equidem si nuda appellatio, id est, blanda solum oratione pudicitiam attentare, injuriam infert, ut infert. l. 15. §. 19. 28. 22. ff. de injur. quis negabit, si quis ad rem velit progredi, injuriarum nasci actionem? Domus nostra per vim introita l. 23. ff. d. t. aut effracta l. 53. pr. ff. de furt. gravissimæ & atrocissimæ injuriæ exemplar est; Tunc ipsius virginis violatis repagulis nihil injuriosum committi adleres? Fores & fenestras restaurari possunt; sed hæc claustra semel illita nulla arte fabрили refici possunt. d. l. un. C. de rapt. virg.

50. *At quid si virgo viderit alium, cui fas non fuerat submittentem manum, cui*

*virgo indignata non fuit, ipseque idem attentet-  
num injuriarum actio locum habebit?* Hanc  
Quaestionem non expresse reperio decisam;  
aliquid tamen si liceret conjectare, dicerem;  
dissimulatum prius factum injuriosum præ-  
sumptionem inferre pudicitiae læsæ, & sic lo-  
cum non esse persecutioni injuriarum: Idque  
ex mente ICri in l. 15. §. *sed si quis.* 15. de injur.  
Ubi si quis virginem meretricio habitu indu-  
tam appellet, cum non peccare dicitur. Quod  
si habitus aliquam suspectam faciat (quam di-  
cunt Dd. rationem ibi fuisse, quod ex pennis  
cognoscitur avis) quanto magis ipsa morum  
lascivia aliquam libidinis arguet.

§1. Prædicta austeritas in aliquibus non  
reperitur, sed se aliquantulum tractabiliore  
præbent. Quod si nostri olfaciunt, duo si-  
mul, si non plures, manus ad tabulam admo-  
vere non erubescunt: Unde illud quando-  
quidem auditur: Ehem hiccine conveni-  
mus? adeo semper simplices istæ puellæ  
suas sentiunt vexationes.

§2. At quid mirum virginibus hæc usu  
venire inter pocula, cum ne ancillis quidem  
tunc temporis satis cautum esse praxis mon-  
stret. Constat enim quosdam bene potos  
post ancillas sese in cellas præcipitasse, re-  
quiemque quæsilisse, aliquando quoque  
easdem invenisse; imo in ipsas vetulas quos-  
dam irruisse, easdemque mordicus delam-  
bisse

bisse,  
quæ,  
avertit  
venust  
aleam  
appeta  
novas  
solet e  
De I  
§3.  
versati  
aliqui  
tamen  
que ef  
Et da  
videtur  
Cui a  
ex aff  
de fur  
ctum  
quene  
dequ  
mal.c  
præf.  
§4  
solan  
tioni  
sum,  
§. 20  
volan

bisse, usus monstrat. Quod si fuligo co-  
 quæ, si rugæ vetulæ ab hoc furore juvenes  
 avertere nequeant, quis virgines tanquam  
 venustiores formas extra omnem periculi  
 aleam positas fidejubebit? cum alias natura  
 appetat optima, semperque deproperet edere  
 novas formas 2. ff. 24. §. 2. Qui instinctus  
 solet esse incorrigibilis §. sed naturalia. Inst.  
 De I. N. G. & C.

53. Desuper & hoc virgines ab hac con-  
 versatione deterrete debet, quod si forsau  
 aliquid furiosi patiantur, eo nomine actio  
 tamen nulla jure sit prodita. Scriptum nam-  
 que est, qui amat periculum peribit in eo:  
 Et damnum quod quis sua culpa sentit, non  
 videtur sentire l. quod quis 103. ff. de R. I.  
 Cui accedit & hoc, quod omne maleficium  
 ex affectu delinquendi metiamur. l. 53. pr. ff.  
 de furt. At Ebrius nullum delinquendi affe-  
 ctum habere queat, cum impetu ad delin-  
 quendum impellatur. l. 11. §. 2. de pœn. In-  
 deque furioso comparetur. l. un. C. si quis imp.  
 mal. qui ex delicto non punitur. l. 14. De offic.  
 præf.

54. Ulterius despicere placet, posito Virginem  
 solam ceu noctuam inter cornices interesse congrega-  
 tioni aliquot juvenum (Quod alias satis periculo-  
 sum, cum communitio discordias excitet l. 77.  
 §. 20. inf. de legat. 2. Quod singuli in eam in-  
 volare, primaque tenere satagant) cui sit ad la-  
 tus

tus ponenda? Arbitramur quandoquidem senectus veneranda est. *l. 5. pr. ff. de jur. immunit.* Ac propter hoc senior juniori præferitur. *l. fin. De Fid. instrum.* Merito & hoc loco eum quadam prærogativa gaudere.

55. *At quid si virgo juniori potius fa- veat, & nonnullis notis, puta oculorum mi- etu, calcatione pedum, compressione manuum (prout facere solent) aut aliis indiciis suum affectum exprimat? Ne sic quidem juniori fas esse seniore cedere existimo. Hoc siquidem est juris publici, cui privatorum pacta & conventiones derogari non possunt. l. jus publ. 38. ff. de pact.. Sed omne quod in fraudem ejus tentatur, in vanum est. l. 5. C. de L L.*

56. *Verum si quis è junioribus inamoratus sit erga virginem? Disting.* An inamoratio sit vulgaris aut matrimonialis, ut hoc casu propter favorem matrimonii, quod ipsam immortalitatem generi humano artificiosè videtur introducere. *n. 22. pr. proximus juxta virginem sit statuendus: Et hoc propter vitandam Zelotypiam, quæ facile fundamentum & ortum suum capere potest, si Amasia nostra alteri adjungatur, qui ei adblandiatur, cumque ea ludat & jocetur: Illo vero casu nihil relaxandum est de jure scripto, nolente volente quantun- vis virgine. Nec hoc iniquum est, cum*  
potuit

potuit virgo abire, & postmodum illum quem amat secreto ad se vocare, illumque ad satietatem usque delambere, imo ulterius quoque progredi ei integrum est.

57. Sed quid si omnes sint ejusdem ætatis? forte rem dirimendam esse censemus, quæ omnium altercationi finis esse solet. l. 3. pr. C. communia de legat. §. optionis 23. Instit. de legat.

58. Festivum huc referre lubet dubium: Utrumne studiosus post fornacem vel in angulo aliquo stans præsumatur rem illicitam agere? Neg. Clericus enim amplectens virginem benedicendi animo hoc facere putatur. gloss. in c. absit. 14. 11. q. 3. per c. scripturis. distinct. 96. sed dixerunt alii, non præsumi eos orare Pater noster. Quare à tali benedictione libera nos Domine.

59. Finaliter & hoc adjicere visum est: Quandoquidem plurimos inter ipsa pocula admodum in somnum proclives esse comperimus, sit ne consultum ut dominus hoc iis indulgeat, eosque apud se pernoctari faciat? Dissuadeo totus, ni insequente die convivium velit renovatum; Nemo enim facile tam incivilis est, qui surgente sole nihil aromatis aut aquæ distillatiæ vel aliud quippiam jentaculi, stomachi difficultatem propellendi causa, hospitibus suis offerat. Quinimo ipsi sæpiuscule hospites dominum ante-

anteverunt optantes vel unicam halecis sal-  
 si particulam, aut farciminis tosti ulnam  
 unam atque alteram suspirantes, simileve  
 quid oblectamenti digito crepantes. Alii in-  
 tolerabilem fingunt sitim, quæ linguam  
 ori adhærere faciat; quæruni itaque solli-  
 cite, nihilne hesternæ potionis sit reliquum?  
 Illud qualecunque sit sibi porrigi prius ex-  
 pectant, quam ut longius ejusmodi siti tor-  
 queantur: Quid faciet dominus? Pudor  
 admonet aliquid largiri, ni Demæ Teren-  
 tiani tenacitatem sibi objici velit. Quod si  
 faciat, nullis machinis toto illo die eos à se  
 poterit dimovere, sed laudant liberalitatem  
 domini & bonitatem potus mirantur, de-  
 jerantes se nunquam credidisse post tantam  
 crapulam tam belle omnia stomacho con-  
 ventura. Quare hortantur invicem, ut  
 strenuam navent operam, ac sub honoris  
 amittendi periculo bey Schelm Schelm  
 se invicem constringunt, ne quis primus  
 abeat. Et sic & hæc lux transit non sine cru-  
 menæ insigni jactura, Cavete itaque cautius  
 mercari. l. 2. C. de furt.

60. Roges quid postero die Bacchi solen-  
 nibus peractis nostri faciant? quisve ejus sit  
 animus? stertunt in multum diem, postea  
 expergefacti caput dolet, estque turbidum,  
 grave & ad quælibet ineptum: oculi sunt  
 cavi, rubicundi & velut nebula obducti: Os  
 est

est impurum atque sordidum, obsitumque circumcirca buccellis, pridianum vomitum redolentibus: Vestes sunt laceratae & sordibus conspurcatae undique, non aliter atque sus per obscœnissimas sese volutasset paludes. Recubantes ita in lecto per horæ dimidium aut amplius aliquid ruminant prioris acta diei, si habeant cum quo colloquantur; revocant sibi uterque ad mentem: quid acciderit, quæ facetiæ conditæ, & quam egregios & fortes in bibendo sese quilibet exhibuerit, palmam qui obtinuit, ei laudes attribuunt amplissimas. Is cujus impensis hæc omnia facta sunt, eadem secum recolligit, gestitque hospites suos tam egregie ebrios abiisse. Aliquando tamen non adeo frontis est exporrectæ & hilaris, sed surgens & Museum intrans, videns omnia depopulata, Cornelium suspirat maximum, introspectens crumenam deprehendit eam vacuum. Ibi cubito aliquantulum capite suffulto meditatatur, quibus mediis hanc lacunam rationum paternarum explete velit, adductisque rationibus dubitandi & decidendi, concludit tandem fucum faciendum esse patri, & in Medicos, pharmacopolas, vel libros, hæc expensas factas dicendum. Invento ex re consilio discutitur frontis rugæ & dissimulatur, quamvis adhuc aliquid ægritudinis inhæreat: Idque propter

propter aliorum vexationes, quæ solent esse certissimæ, si quempiam videant Cornelizantem. Hoc toto die nec seritur nec metitur, sed vel luditur, vel animi causa extra portam itur: tertio demum die ad mufas reditur. Nemo itaque ad potationes accedat, qui biduum impendere nolit. Hoc propter eos moneo, quibus properanter aliquid elaborandum est. Nam qui vult antecedens, velle etiam dicitur consequens. l. 56. ff. de procur.

Hæc hic hoc tempore posuisse sufficient

## COROLLARIA.

- I. An cochleatio quæ fit inter pocula, inducat à parte studiosi probationem amoris?

**V**ulgus hominum in amorem & quidem  
 maritalem hoc interpretatur, dicunt enim,  
 Er hat mit ihr gelesset! Ergo ist er ihr  
 Schak. Sed perperam. Etenim quæ-  
 stio illa seu interpretatio cum facta sit, quæ  
 etiam prudentissimos fallat, l. 2. ff. de i. &  
 f. ignor. certi aliquid determinare non li-  
 cet, variatur siquidem secundum circumstan-  
 tias, quæ etiam minima aliud jus includere  
 solet. l. aut facta. ff. de pœn. l. pædius §. 1. ff.  
 de incend. ruin. naufr. praxis hoc monstrat,  
 quod



Quod sepiissime studiosi inter pocula virginibus  
volentibus oscula etiam columbarum dederint,  
quas sequenti die ne aspectu quidem dignati  
sunt. Confirmat hanc sententiam th. 24. disput.

Von der Leffeley/ Gar selten geschicht  
es / daß diß Gift ins Herz dringet/  
darumb bleibet es am meisten aussen  
ander Leber/ Arm/ Wunde/ Zun-  
ge vnd Augen kleben / Item Corollar.  
1. illius disput. Es ist nicht nötig / daß  
auß einer Leffeley fluchs Hochzeit werde/  
Imo pro insulso haberetur studiosus, & con-  
tra legis auctoritatem peccaret, qui amorem  
a virgine presentatum aspernaretur, quo ipse  
aliquando uti & frui desiderat. ut. ff. Quod quo-  
que jur. in alt. stat. ut ipsi. Dicendum igitur,  
cum ipsa natura quandam cognationem  
inter nos constituat, quæ nihil aliud est, quam  
naturalis omnium hominum cognatio. l. 3. ff.  
De I. & I. (De qua Cic. in off. graviter  
differit.) Cochleationem talem ex misericordia  
potius & opere charitatis, quam ex singulari  
& ardenti amore proficisci.

II. An Virgo, quæ ex vehementi amore  
capta amanti copiam sui facit, meretrix  
sit turpis aut infamis & peccet?


**N** Eganti Menochio IC. eminentissimo  
lib. 2. A. I. Q. Cas. 328. n. 3. subcri-  
bimus. Meretrix enim ista dicitur, quæ que-  
stum meretur. l. Abletas. §. ait Prætor. ff.  
De his quis not. infam. l. palam §. non est  
ff. De R. N. quæ multorum libidini patet.  
dist. 34. c. 36. vidua. Item quib. publice ven-  
tis est turpitude. c. meretrices. 32. q. 4. At  
nostra virgo non meretur questum, sed amoris  
vi, quæ igni etiam fortior, coacta uni soli  
amanti copiam facit. Quæ a. coacta se pro-  
stituit, meretrix non est, sed inviolata exi-  
stimationis. l. fœdiss. 20. C. ad L. Jul. de  
adult. 3. Qui superioris mandato obediens,  
culpa caret l. is damnum. 169. ff. de R. I.  
At amore capta est amoris sui serva: Ita  
enim inquit Propert. Libertas quoniam jam  
nulli restat amanti. Nullus liber erit, si quis  
amare volet. 4. Probatur ex d. Nov. 74. c.  
4. Amorem esse furoris speciem. Quod  
Plat. in Phæd. confirmat. At furiosus non  
delinquit. l. 12. ff. ad l. Corn. d. sic. Ergo nec  
virgo quæ amore capta furiosa est. arg. d.  
Nov. 74. c. 4. Denique accedit quod conca-  
binatus de jure civili sit licitus. l. 4. ff. de  
con-

concup. ex qua conjunctione nascitur filius naturalis, qui per subsequens matrimonium legitimatus à reliquis justis filiis non differt & eandem cum iis successiones habet. N. 89. th. 8. in tantum ut etiam in feudis succedat. Gail. 2. obl. 141. At vulgo quæsitus, qui sperius dicitur, infamis est, nec mater præsertim illustris ad successionem ejus admittitur. l. 5. C. ad SC. Orfitian. Concludendum igitur, cum Imp. Justin. multa beneficia mulieribus propter sexus infirmitatem & consilii incertitudinem concessit, arg. prædictorum jurium hoc in casu infamiam mulieri non comitari: Beneficia enim Imperat. quæ à divina sc. ejus indulgentia proficiuntur, quam plenissime interpretari debemus l. 3. ff. de Constit. Imp.

F I N I S.



DELINEA.



DELINEATIO

Summorum Capitulorum

LUSTITUDINIS

STUDENTICÆ

In

*Nonnullis Academiis usitata.*

DE  
CAPITULO  
IUSTITIE  
MAGISTRALIS

II

IN

D E  
L U S T I T U D I N E  
S T U D E N T I C A.

**H**A, viva fratres, viva, procor este corassi,  
Nam vos ex animo lator adesse meo.

Este Corassi hodiè, mihi missa pecunia præfens  
Tristitiamque tulit, latitiamque dedit.

Et si non esset mihi missa pecunia, quid tum  
Possèm hodiè nihilo latior esse minus?

Crastina non lux est mihi curæ dummodò Sluc-  
kopf.

In bona cum Biero dat mihi vina fidem.

Ha falala falala Spelmanni Brumite in unum,

Et musicæ specimen promite dulcisonæ.

Vos famuli Kannis Bacchum demergite tieffis,

Et date Rhenano pocula plena mero.

In glasis etiam longis cerevisia spumet,  
Servet & alternas potio justa vices.

Me largum hospiribus cupio & præbere benignum  
Abjectum parcus possidet ingenium.

Vos pueri crassum, primùm Biera indite in Hum-  
pum,

Hoc fundamento est ædificanda domus.

Singulis hunc hospes quamprimum utsupere  
debet

Hæc est Musei regula prisca mei,

Ha falala falala Spelmanni strukite gigis

Et mellite tua Concine voce puer.

Wel komni quoniam nunc estis, quotquot adestis

Vos omnes trevvo dreckite corde rogo.

Et qui cum veniâ venit, precibusque rogatus

Cum veniâ cupio cedat & ille meâ.

Hunc Humpum dominus capiat velit esse coram

Nos decet hunc hilari perdere fronte diem

Interea reliqui circumbibite ordine donec  
(Non faciet longum) hic Humpus inanis erit

Ha! falala falala Spelmanni klingite lutis

Et mellite tuâ concine voce puer.

Munser Erice? bibat dominus, bibe Munser  
Adame

Et Munser vultum porrige lene tuum.

Ecce puer vacuum cur cessas sumere vitrum?

Annon quod nobis fundere possis, habes?

Regis ad Exemplum totus componitur orbis,

Aspicite exhausti, vos facietis idem.

Hoc puer unusquisque mihi bibet ordine vitrum,

Ut peragat justè quilibet ergo vide.

Ha falala falala Spelmanni pipite sinkis

Et mellite tuâ concine voce puer.

Munser Harufce quid est? non sic, non Munser  
Harufce.

Et tu sumpsisti perfide? redde puer.

Redde inquam vitrum, nisi se cervice supinet,

Jam fiet cervix ista supina tibi.

Quis bibit ulterius? quid id mi candide foski?

Pocula cur toties concumulata tenes?

Aut nihil est intus? nihil est, proh jupiter, heustum

Quid facies domino disce bibente tuo.

Hens puer? hem klisk klask capis hoc, videt  
improbe multa

Orba super mensam pocula stare mero.

Quin capis atque imples atque ista impleta reponis

Aut implebo meis hæc tibi terga flagris.

Functus es officio? nunc snorcum supite fratres

Skelm der falsa bibit, fur sit & ille latro,

Ha falala falala Spellmanni Brumite Fidlis

Et mellite tuâ concine voce puer.

Non

Non  
Ne  
Nec  
Du  
Non  
Tur  
Sed vo  
Et tr  
Ne pu  
Princ  
Princ  
Holp  
Alterna  
Tant  
Princip  
Nos  
Nunc p  
Quisc  
Tan tan  
p  
Tant  
Publica  
Privat  
Et Bacch  
Et pro  
Cum pri  
Et su  
Ha viva  
Ha fal  
Ha falala  
Tant t  
Porge  
Quand  
Illius opt  
Esse in



Non satis esse reor vitrorum, sumite plura  
 Ne desint famuli edico cavete mei.  
 Nec nummis cupio nec parci sumptibus ullis  
 Dummodo procedant omnia magnifice.  
 Non habet nummos qui nummis nesciat uti  
 Turpis avarus homo est, vilis avarus homo est.  
 Sed vos qui reliqui remanetis ponite mensam.  
 Et trina ad summum syllite pocla labrum.  
 Ne putet exemptum se quisquam legibus, oro,  
 Principis est nobis magna bibenda salus,  
 Principique pissæ etiam documentum præbeat ipse  
 Hospes, ut hospitibus primus ego incipiam.  
 Alternare tubis Spelmanni, trumpite trumpum,  
 Tant tari tant tari tant tant tari tant tari tant:  
 Principis uxorem exhausti cum principe nostro,  
 Nos, quantum vide, ritè bibistis item,  
 Nunc proceres nostri sic postulat ordo, bibantur,  
 Quisquis & est patriæ fidus amansque suæ.  
 Tan tari tant tari tant, Spelmanni clangite trum-  
 pum,  
 Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant,  
 Publica sic satis est potasse in commoda, nunc ad  
 Privata o Socii vestra venite mei.  
 Et Bacchi, charis pro sumite fratribus haustus,  
 Et pro dilectis sumite virginibus.  
 Cum primis potet pulchram sibi quisque puellam,  
 Et suas ad fundum devacuetur amor  
 Ha viva virtute nova sic itur ad astra,  
 Ha fallala falala ha falala falala.  
 Ha falala falala Spelmanni pultite trumpum  
 Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.  
 Porge puer cyathos. Mihi de domino bona sem-  
 Quandoquidem fuerint multa relata meo, (per  
 Ulius optavi mihi consuetudinis usum,  
 Esse inter Socios pars quoracunque suos:

\* *Fraternitas.*

Et nunc percupidè vellem, nisi fortè gravetur,  
 Institui fidam fratris amicitiam.

Si dominus fratrem si non contemnat amicam,  
 Hæc ipsi in signum poculatrina bibam, (puer)

Dum facio egregium Spelmanni upblasite trum-  
 Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.

Funditus ista vides me justè pocla bibisse,  
 Et quali cupio te vacuare modo.

Hic jam frater habes à me tria pocula vini,  
 Optime cum dextrâ frater habeque fidem.

*Resp.* Hoc me quandoquidem Dominus dignatus  
 honore,

Muneris æternus debitor hujus ero:

Spondeo me fidum, qualemque optesque velisque  
 Non Pylaxæ & nostrum vincet Orestis amor.

Quæ cupies, cupiam, quæque abnuis ipse negabo,  
 Hæc testes sunt pocula trina: Salus.

Ut decet ære cavo Spelmanni emittite trumpam,  
 Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.

Trina tibi justè siccavi pocula frater,  
 Aspicias! huc iterum congere vina puer.

Restituo tibi nunc, quæ porxti pocula frater,  
 Promitto antiquam Teutonicamque fidem.

Nunc vicine tibi quoniam confedimus ambo,  
 Tu Gurgista meri Philoque supus ego.

Et sorbere pares & respondere parati,  
 Si non displiceant, hæc tibi fortè bibam.

*R.* Cur mihi displiceant? etenim non alter ad istud  
 Aptior hîc auris vescitur æthereis: (raris)

Pergito si qua potes, sum poclum in utrumque po-  
 Haustu sive uno utragere si decem.

Er setzt das Gläslein an sein Mund /

Nun dari nella /

Nun dari da dari da / rund dari da da  
 ri da.

Sein Sachen all hat er auch recht auß  
 dari Rund dari nelle /  
 Rund dari da dari da Rund dari da  
 dari da.

Illa propinavi Munset tibi proxime dit must  
 Atque bescheiden thun. Rund dari da  
 dari da. (multæ

Sic hausi ut manent & lachrymæ per tempora  
 Non est quod dubites de probitate meâ,  
 Tergum obverte mihi, obvertam fratertibi tergum,  
 Fidus ero, fueris seu prope sive procul.  
 Quam pulchrum unanimes fratres habitemus in  
 unum,

Quam bona sunt firmæ foedera amicitia.  
 Nunc si præterea mihi copia virginis esset,  
 Perfectum plenis lustibus esset opus.  
 Nec procul hinc habitat Sartoris nata, venitque  
 Mittere quem possem si quis adesset homo,  
 Tu puer ire potes, dic Lustificare volenti,  
 Sed sic, ne causam, fare, resciscat anus:  
 Stella venire volet *Veneris* fortassis & una  
 Hoc potes & *Prima* dicere materia.

Ne cessa & quod se venturam Cluntia dicat,  
 Fallor & anne ipsa est? inque vocata venit?  
 Ha faler an faler an Spelmanni gnidite gigis.  
 Et mellite tuâ concine voce puer.  
 Sponte ne virgo venis pro quâ nunc mittere visum  
 An alio forsan iussu venire viro. (est,  
 Quicquid id est nobis nunc certe Cluntia nobis  
 Expectata venis & peramata venis.  
 Quid dixi? nobis? mihi & expectata venisque  
 Forsitan & reliquis, sed peramata mihi.

Confideas mecum lateri latus addere fas sit,

Paucaque cum Dominâ jungere verba mea.  
Fufor ubi es? vinumne emendicabimur ergo?

Hoc tibi proque tua virgo salute bibo.

Dij tibi dent bona multa & qualia munera speras.

Utpote vel bellum dent tibi bella virum.

Aspicias? Exhausti mea virgo fideliter omne,

Hoc tuus ut facerem tempore fecit amor.

Funde parum puer ut cupide facileque bibatur,

Quo bibitur dominae vita salusque mea.

Ha falala falala Spelmanni tangite lutas

Et mellite tua concine voce puer,

Quid? mea virgo mihi renuis? tamen ista necesse

Pauca bibas, & quam sunt ea pauca vide!

Aut si non biberis saltem continge labella,

O jam jam labris esca futura meis!

Jam liquor invideo tibi: formosissima tene

Ire per angustæ virginis ora licet?

Seu prece seu pretio mihi suavia sumere certum

Hoc primum certi pignus amoris habe.

Respuis? Oh, nihil es, rapiam tamen ista videbis

Hoc cape & hoc super hoc desuper hoc super hoc

*Virgo.* Me miseram non est sub sole rapacior ullus

Vis his Smufosis fit mihi magna locis,

Quod si præcisssem tam prompta venire negassem

Et melius famæ parcere sic poteram.

Quin potius saltet dominus, saltare præpro,

Aut lepidos casto fabricet ore jocos.

*R.* Et fabricare jocos possum & saltare, priusquam

Id faciam, hoc cyatho te volo pauca soror:

Cumque soror dixi, capis hæc interprete nullo,

Scilicet ut biberis, sis soror inde mea.

Accipe nunc cyathum, quique est tuus ante, ani-

mumque

Sis soror atque animum fida repende tuum.

Meque

Meque  
Teque  
Respon  
Nun  
Ha falala  
Ha fa  
More Pa  
Unde  
Falila  
v. Me n

Sedule  
Et cupis  
Verba  
Non pos  
Te si n  
Et forsa  
Nec l  
Improba  
Aut m  
Frabe ta  
Labra  
Arbiter  
Et vid  
Nil mor  
Intere  
Multa qu  
Dequ  
Sed non  
Siveri  
Et si co  
Cum  
Sed vos  
Et m  
Ja? qui

Meque voca fratrem fidenter meque tuissa,  
Teque tuissabo fraterque eroque tuus.

Respondes mea? sic, quod te deceatque juyetque.

Nunc saltare placet, nunc mea surge soror,

Ha falala falala Spelmanni spellite dantzum,

Ha falala falala, ha falala falala.

More Palatino bibimus, ne gutta supersit,

Unde suam posset musca levare sitim

v v - v v - - - v v - v - v -

Falila falila li la. falila lila lila.

v. Me nimium amplexas, nimium premis, ab-  
stine tandem

Sedule, & in nullo docte tenere modum.

Et cupis abstineam mea lux, mea vita, meum cor?

Verba precor dicas hostibus ista meis.

Non possum aut faciam quin hæc animo dare cre-

Te si non cupido, semivolente tamen: (do

Et forsitan cupido, Nam me mage lignea non es.

Nec lapides unquam tam caro mollis alit.

Improba (quod decuit) nunquam tamen oscula

Aut media præbes obvia labra via. (promas

Præbe tamen virgo, tantum semel obvia præbe

Labra precor. Sic, sic, sic volo, sic jubeo.

Arbiter ecquis adest, qui dulcia Basia jungi

Et videt amplexus? arbiter ecquis adest?

Nil moror, atque adsit, videat, simul invidetque,

Interea hoc cape & hoc super hoc super hoc.

Multa quidem vellem, possem quoque dicere mul-

Deque mei magno pectoris igne loqui. (ta,

Sed non est locus hic, nec tempus forsitan istud

Siverit, ô tecum solus ut ista queam.

Et si confieri fas est, hac nocte rogarem

Cum sola virgo solus ut ista queam.

Sed vos quid facitis Spelmanni upklingite luti.

Et mellite tua concine voce puer.

Id? quid ait mea virgo? aliæ? hac nocte rogavi.

Et reor hac fieri quod quoque nocte potest.  
 Ecquid ais soror alma? finis? nunc voce gravaris.  
 Quod re, quæso velis id quoque voce dare.  
 Non? ais? at nihil esse vides quod amantibus ob-  
 stet,

In scirpo nodum quæris inepta nimis,  
 Nescio quid faciam Spelmanni trumpite puffedum.  
 Tant tari tant tari tant. Tant tari tant tari tant.  
 Ha Bru heis, hirr ha, Bru heis, hirr ha, hasa, Bru  
 heis,

Hirr, hasa, hirr, hasa, hirr, hirr, hasa, hirr, hasa  
 hirr.

Upkrikunt multæ madefacta in jernia brilla,

Et vehemens capitis spiritus astra capit,  
 Ite domum Saturæ, venit Hesperus, ite capellan

Vos de dumis à rupe videbo tamen.

Nam tempestivum est, nunc vos subducere Jun-  
 gfræ,

Si qua quietis amans, si qua pudoris amans,  
 An placet hos vestras confestim inducere in ædes?

Non hoc virgineum sed meretricis erit.

Et facitis forsitan dum se res fert ita, sed non

Exsequar hinc vestrum dedecus, ite domum.

Impetus hic donec deferbeat inde Lubido

Si tanta est, placidos conciliate viros.

Hirr, hirr, hirr, Bru heis, Bru heis, hirr hirr, hasa,  
 Bru heis

Hirr hasa, hirr, hasa, hirr, hirr hasa hirr.

Buu, Buu kirr, kirr, kirr, bru heis, bru heis, hasa  
 bru heis,

Blu, ru, Wu, Iru, fru, Blu, ru, Wu, Iru, fru,

Nunc super est mensam dantzandum & benckia  
 circum.

Pocula de propriis præcipitate locis,

Præcipitate libros, quid cum tibi Bacche Camænis

Fierides vestris sedibus ite Deæ.

Ec vos

Et v  
 Pu  
 Quo  
 Ve  
 Vos  
 Do  
 Apti  
 Est  
 Sed t  
 Jan  
 Tant t  
 Tan  
 Sat bil  
 Et v  
 Quis v  
 Tot  
 In plat  
 Plu  
 En ego  
 Libe  
 Nunc f  
 Et m  
 Immen  
 Vox  
 Hurr hir  
 Hirr,  
 Bruu he  
 Blu, r  
 Vix alic  
 Vel v  
 Miror,  
 Quam  
 Nunc fa  
 Ha fa

Et vos cum Musis tabulata cadentibus ite  
 Pulpita sunt dominis adjicienda suis  
 Quot nobis locus hic fratres obstacula præbet?  
 Vellantur summo flamma focusque solo,  
 Vos hinc ad terram lateres descendite vestram,  
 Donabunt facilem vitrea texta viam,  
 Aptius & sanè meliusque jacebitis extra  
 Estis in angustâ præpedimenta domo.  
 Sed tu cur cessas? quid stas Spellmannia pubes?  
 Jam decuit lituis constrepuisse cavis.  
 Tant tari tant tari tant, tari tant tari tant, tari tant,  
 tant.

Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.  
 Sat bibitum est, nihil est totam se fyllere noctem,  
 Et valido bukum rumpere more suum.

Quis valeat toties Humpos ut dragete tantos?  
 Tot numero pottas tot sine fine bekras?

In plateas fratres, in vicostendite mecum,  
 Plurima restabunt & peragenda foris,  
 En ego desilio: quin Vos descenditis? aër  
 Liber & hic cælum conspiciturque solum.

Nunc ferro dextrâ, ferro radiate sinistra,  
 Et micet e saxi ignis ubique cavis,  
 Immensis totam replete boatibus urbem,  
 Vox etiam pueri vestra virile sonet.

Hirr hirr, hirr, Bru heis, Bru heis, Bru heis, Bru heis, hasa.  
 Bru heis (hirr.

Hirr, hasa, hirr, hasa hirr, hirr, hasa, hirr, hasa  
 Bruu heis. Bru heis hey ha, hirr hey, hasa, hey ha,  
 Blu, ru Wu, lru, fru, blu, ru, Wu, lru, fru.

Vix aliquid poterit nostris clamoribus addi,  
 Vel vigilem facerent Endymiona puto.  
 Miror, cum fuimus clamore & robore tanti,  
 Quam modò nos vincetos carcer habebat iners,

Nunc falila falila Fedlistæ gigite quiddam  
 Ha falila falila, ha falila falila.

\* Hic habitat pennalis homo consistite fratres,  
 Quid decet ante fores dispiciamus agi.  
 Nam tacitos dubio procul, indignatur abire,  
 Contemptumque putat se nisi dicta salus.  
 Ne facinus fratres, monco committite tantum  
 Sunt sua Cæsaribus sunt sua danda Deo.  
 Hei, dominus ne domi est? dominus descendit  
 ab alto

Et Reve de molli-*rentia* vestra thoro  
 Digneturque suo populares fame, valde  
 Supplicibus votis id precibusque rogant,  
 St. cessate. tacet. gallinæ filius albæ

Dormit adhuc. Dominus quæso ne dormit adhuc  
 Dormit adhuc dominus? Studiosi edico cavete  
 Conturbare virum forte dysypnus erit.  
 Sed quid? dormit adhuc dominus? grave surgere  
 forte est.

Quid? si per genetrix ubera sucta roget?  
 Quid? si eadem nato non immulgere negaret?  
 Aut aliqua ignaro mitteret æra patre?  
 O lepidam matrem? popularibus ostia pande.  
 Pro matris facient vota salute tuæ.  
 St. nihil auditur morbo fortasse laborat.

Vermibus erosus ilia putris homo.  
 Nec licet hinc nostris advertere vocibus aures,  
 Aut dormire facit se simularque metu.  
 Aut non respondet, quia nullo nomine dicitur

Hei mihi quod memori nomen ab ore fugit  
 Sed si non memini nomen, pro nomine quosdam  
 Arbitror titulos me meminisse tuos,  
 Hey Spol Worm, Pennal, Skelm, Dieb, Huns-  
 fott. Perenheyter

Num potes in quarto concoquere ista modo?  
 Visne upstare piger? visne intromittere gestas?  
 Aut solt in Kopfo kranch habitare tuo?

\* *Vexatio Pennalis* ;



Nil agimus fratres, frustra que precantia verba  
 Dicimus, hic opus est asperiora demus.  
 \* Ningite nunc pueri lapides, effringite fenestras.  
 Et pluat in lectum saxea grando suum.  
 Ha faleran vos Spiel cantetis classica-leutæ  
 Et gravishorri sono Buccina marte strepat.  
 Hey klink, klank, klink klank, patulo ne parcite  
 vitro, (klini, klank  
 Hey klink, klank, klink, klank, hey klini klank,  
 Arietet in portas cum fuste valentior omnis  
 Dimotasque suis subruat ordinibus.  
 Aut si non cedant, lacerare repagula tentet,  
 Et Mars audentes & Dea cæca iuvat. (tent.  
 Hey Buu duus, Buu duus, trompettæ classica can-  
 Et gravis horri sono Buccina Marte strepat.  
 Tant tari tant tari tant, tari tant, tant tant, tari, tant  
 tant  
 Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.  
 Ha viva fratres, jam vulsi cardine postes,  
 Ha fallala falala ha falala falala.  
 Dicite jo Pæan & jo nunc dicite Pæan,  
 Difficilis cessit præda labore tamen.  
 Fregimus, & portas & vitrum fregimus omne,  
 Publica virtutis per mala facta via est.  
 Per varios casus per tot discrimina rerum  
 In clausa Latium vidimus arce Jovem.  
 En vobis fratres monstrum! quin pessime prodis  
 Lucifuga è latebris vermiculate puer.  
 Et pernas promis bene servatamque crumenam,  
 Nos laute excipias principiceque decet.  
 Pro biero libri, pro vino pallia vadant,  
 Hoc nulla leges religione vetant.  
 Fulminet è pelvi Doctorum umbraticus ordo,  
 Non ullum nostræ jus habet ille necis.  
 Summa potestatis nos hinc fortasse relegat.

\* *Adis pennalizata expugnatio*

Debemus, quod si non fit, abire tamen.

Quid refert vero, cum sponte recedere tandem  
Constitui, si programmate iustus eam.

Ha falala falala nobis praesentia cura,  
Crastina de se fit sollicitata dies.

Hic bene re gesta nunc descendamus amici,  
Et colaphum domino pro date nocte bona.  
Hem! bona nox hospes, grates persolvere dignas

Non opis est nostrae *nim diß so für lieb.*

Estne aliquis fratres qui sese updußvere contra  
Driftit & in gassis obvius ense gradi?

Non puto, sed superest id ut experiamur, ad unum  
Est virtus omnes posse bravare super:

Primus ego voces irritamenta vagantium

Edam, vos reliqui state filete: Bru heis,

Fallor & est forsitan qui contra clamitat ullus

St. Sa bru heis. *Sa bru heis.* Ha falala, *falala.*

Est bene praecurram, vos post carecta latete.

Hic lepus è Dumis exagitandus erit.

Hey Bruu heis, *Bruu heis,* Skelm, *Skelm,* Dieb,  
*Dieb, Perenheuter,*

Hey Perenheuter. *hey hey Perenheuter hi hey.*

Quid bone ais? Sum Skelm? *Sis Skelm.* Sum  
Dieb? & *sis Dieb.*

Quid? Perenheuter ero, *Fa, Perenheuter eris,*

Si fure es melior, si Skelmo, sique pyrotum

Servatore gradum siste pedemque refer.

Staque fugax sta sta *daß dich der Henckeren  
hole/*

Fort herfür Schelm Dieb / fort  
Perenheuter heran.

Quid cessas? trepidas? en quò se proripit? eja  
In ventos tumidae sic abihere minae.

Jam nusquam est, ablit fugit ilicet ocior Euro  
Maturà

Maturâ capiti consulitque fugâ.  
 Sed vos lufores quid sic frigētis inertes  
 Jam nulla est vobis spellere cura magis?  
 Pol certe Vestris nisi Vos upluditis harpis.  
 Jam nostrâ ludent vestra per ora manus.  
 Quid? satis est, inquis? murrisque pigerrimi  
 stipes?  
 Hos primum pugnos præmia digna vora.  
 Ad murum fratres buukofas stoffite lutas,  
 Ballettas murus slagere & ipse potest.  
 Iple ego gigitas cum fedlis omnibus alte  
 In pertreccoso baphitilabo lato.  
 Hey fugitis trunci nebulones, tutius istud  
 Fortassis multò jam satiulque fuit.  
 Jam satis est fratres, instant confinia lucis  
 Hanc hilarem noctem sumpsimus atque diem.


\* *Pulsatio Spelmanorum.*

*Valete, & si vobis placuimus*

Plaudite.



DISPU.



DISPUTATIO FEUDALIS  
DE  
CUCURBITATIONE,

DISSECTATIO  
DE  
COURANTIA

tu  
fi  
L.  
Si  
acc  
L.  
tus  
de  
E  
&  
l.  
ri  
cu  
ye  
L  
ta  
c  
ri  
b



## CONCLUSIO I.

**H**Uris feudalis conditores non absque ratione constituerunt, ut Vassallus, qui stuprum intulisset domini uxori, filiae, nepri ex filio, nuni, sorori, &c. feudum amitteret §. *item si fidelis. t. v. L. 1. F. & t. 17. L. 1. F. t. 21. L. 1. §. rursus t. 24. L. 2. F. t. 57. L. 2. F.* Si quidem domino, marito, gravius nihil accidere, nec mors ipsa acerbior esse posset, *l. isti quidem, 8. §. quod si 2. ff. Quod metus causa, Rosenthal. c. 10. concl. 27. n. 2. de Feud. Schenck in d. item si fidelis n. 3.* Et tam marito, quam familiae ejus, gravis & atrox injuria inferri dicitur. 2. §. *penult. l. miles 11. §. 3. ff. ad L. Jul. de Adulter.* 2. Omnes autem istas libidinum impuritates, Feudistae uno communi verbo cucurbitandi complexi sunt, quod Barbarum vocat *Zal. de feud. p. 10. n. 24.* Et sanè à Longobardis repetendum erit, qui cucurbitam pro stupro & infamia usurparunt. Unde cucurbitam dicebant, virum uxoris adulterio infamem, quem etiam argam appellabant; Quae vox à Græco ἀργός deducta videtur,

detur, quasi qui ejusmodi contumeliam patitur, sit ignavus, iners, segnis, stupidus. *Hotom. in Lexico feud. Rittersh. in suis partibus feud. l. 2. c. v. q. 92.* hanc vocabuli hujus rationem assignat, quod, qui hoc flagitium perpetrare audet, in personam conjunctam domino, is eum habeat pro homine inerte, quasi qui pro capite habeat cucurbitam, & peponem loco cordis. Itali vulgari lingua cornutum vocant eum, qui subsefforem patitur sui matrimonii, suæque uxoris est leno; Germani nominant **einen Hahnrey** / & contra eum qui primas partes apud amicam tenet, appellant **Hahn im Korb**. *Taubman. in comment. ad Mœnoch. Plaut. Act. 2. Scæ. 2. p. 602.* Ab hoc vocabulo segregandum est vicinum illud **Hanerich** / vel **Hanenrich** / quod Gallorum divitem significat, *Vide Altham. in Etymol. Cymbr. l. H. ubi addit, Herulorum regem ita fuisse vocatum*

3. Sed non solum Vasallus feudo privatur, qui cum uxore domini concubuit, sed etiam, qui, ut cum ea concumberet, se exercuit, vel si turpiter cum ea luserit, quod intelligetis, manum in sinum ejus inferendo, aut mamillas & femora attingendo, vide l. 2. legum Longobardicarum. r. 54. l. 16. §. Idem si fidelis, & ibi gl. *Hotoman. Cujacium atque Schenck. Baron. Sonsbec. de feud.*



Feud. p. 12. n. 24. Huc itaque applicandi, ex *Plauti Pseudolo Act. I. Sc. I.* joci, ludi, sermones, suaves suaviationes, compressiones arctæ amantum comparum, molles morsiuiculæ, Papillarum horridularum oppressiuiculæ, &c. Et in specie de tactu notandus versiculus ab *Accursio & Hostiensi* usurpatus: Ni fugias tactus, vix evitabitur actus.

4. Quid dicendum de osculo? Sanè exemplum turpis lusus & in hoc ponunt. *Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. casu 267. Rittersh. d. l. q. 95. Bocer. Cl. V. disp. 20. th. 43. Vult. l. I. c. 11. n. 31. Borch. de Feud. c. 8. n. 98.* Si scilicet sit impudicum & luxuriosum. Unde *Taubman.* osculum vocat adulterii præmium: *Et Angelus* actus. vocat oscula, libidinis quædam antecessoria. Unde *Borchold. d. l. n. 99.* osculum esse dicit proximum à coitu, & inter quinque lineas amoris quarto loco constitui. Quo referendus notus versiculus:

Vitus & alloquium, tactus post oscula factum.

Et *Ovid. in lib. de arte amandi:*

Oscula qui sumsit, si non & cætera sumsit,

Hæc quoque quæ data sunt, perdere dignus erat.

Hicque etiam recensenda verba infani cuiusdam amatoris, ad eam, quam amat, & qua potiri cupit: *Beatus est, qui te aspicit, at ter*

at ter beatus, si semi Deo dato osculo,  
Deo dato usu corporis. *Et secundum Za-*  
*bell. exercitat, feud. 8. th. 6.* oscula sunt  
officiorum, basia pudicorum affectuum,  
suavia libidinum, & amorum, Apud Gal-  
los tamen, & his viciniore Germaniæ quos-  
dam populos, osculum est signum benevo-  
lentia, Hucque illud vulgare referendum:

*Ne satyrisce tume: rem ajunt esse oscula inane,*  
*Et facie abluta tolluntur, & oscula spur.*

Ita etiam clericus alienam uxorem deoscu-  
lans, olim præsumebatur id facere, causa  
imprimendæ benedictionis, vel ad pœniten-  
tiam exhortandi, *gl. in cap. absit, in verb.*  
*sinistram* I I. q. 3. sed olim, inquam, hodie  
non sic. Nam Clerici ob male servatam fi-  
dem, tantum fidei amplius non habent, nec  
solus cum sola in angulo, præsumitur esse  
angelus, aut orare pater noster: Si tamen  
juvenis præ nimio amore puellæ osculum  
dederit, mitius puniri debet, amor enim fu-  
roris est species. Unde Pisistratus Athenien-  
sium tyrannus, cum adolescens quidam  
amore filiæ ejus, virginis accensus, in pu-  
blico obviam factam, osculatus esset, hor-  
tante uxore, ut ab eo capitale supplicium  
sumeret, respondit, si eos qui nos amant,  
interficiemus, quid iis faciemus, quibus  
odio sumus. *Valerius Maximus. L. v.*  
*cap. 1.*

5. Præterea si Vasallus litteris amatoris missis, aut illecebris munusculorum uxoris dominicæ pudicitiam sollicitasset, familiam & custodes corrupisset, aliisque omnibus strophis, ad expugmandam ejus amicitiam usus fuisset, feudo indignus erit *l. 5. C. de Episcop. & Cler. Schenck d. l. Rittersh. q. 96.*

6. Quid si non ipse Vasallus uxorem domini, cæterasque personas, sed alteri id facienti opem tulerit? *Sonsb. d. l. n. 27. Baldus in d. §. item si fidelis, Zas. de feud. p. 10. n. 27. affirmant, auctores & fautores eadem pœna esse plectendos per l. 9. ff. Ad l. Jul. de adulter. §. præterea t. 24. l. 2. F. ubi, si domino periculum, vel damnum grave imminens denunciare desinit Vasallus, feudo privatur. Et sicut sublatis receptoribus non essent fures & latrones; Ita nec adulteri tam crebri forent, aut certo non diu laterent, si non essent lenones, & sequestri Veneris, atque emissarii, quos eleganter quidem accipitres mulierum appellarunt.*

7. Verum si vasallus ignorans, cum domini uxore concumberet, quia forte uxor impudica, in domum Vasalli juvenis, personata, sub larva aut cucullo tecta, intraverat, tunc enim Vasallus ignorans si fraus non subsit, excusabitur *cap. in lectum 34. q. 2. Zas, d. l.*

8. Simi-

8. Similiter si Vasallus sua sponte ab exercitio isto illicito, & turpi proposito, pœnitentia ductus, destiterit, cum potuisset propositum perficere, à pœna caducitatis excusabitur: secus est, si ab aliis impeditus abstinuerit, *Zaf. d. n. 27. per. S. si voluerit t. 51. l. 2. F. Schenck Baro in S. item si fidelis n. 12. Rittersh. d. l. q. 93. Boccr. d. l. th. 46*

9. Hoc est controversæ quæstionis, an Vasallus etiam amittat feudum, si domini viduam stupraverit? *Rosenth. de feud. c. x. concl. 27. Schrad. de feud. p. 9. c. 2. n. 5. Andr. de Ifern. Feudist. Evang. summus, Alvar. præposit, & Matth. de Ifern. Feud. Evang. summus, Alvar. præposit. & Matth. de afflict. ad §. 1. c. 1. quib. mod. feud. amitt. Zaf. p. 10. n. 27. Clar. l. 4. sentent. §. Feudum. q. 48. Rittersh. d. l. q. 103. Borch. d. l. n. 96. ubi dicit, viduam domini esse vivam imaginem mariti defuncti, conclusionem affirmativam defendunt; Sed nos negativam opinionem amplectimur per expr. text. in §. fin. t. 21. l. 1. F. ibi, vel si concubuerit cum uxore sui domini, DOMINO VIVENTE. Et ita recte statuunt Bald. in d. §. finali, Schenck. ad d. S. item si fidelis n. 5. & 6. ubi, si, inquit, per nuptias esse desinunt viduæ, quod fuerunt, longe magis esse desinent per illicitos congressus. *Sonsb. d. p. 12.**

d. p. 12. n. 16. Eguin. Baro l. 3. de benefic.  
 c. 3. Vult d. c. 11. n. 31. §. Quid de vidua  
 domini, Bocer. d. l. th. 56. Zabel. d. concl.  
 v. 1. l. 2. 10. Quid igitur dicendum de  
 matre domini? Sane qui huic stuprum intu-  
 lerit, absque dubio poenam amissionis pati  
 cogitur, per d. §. item si fidelis t. v. l. F. ubi  
 is, qui cum sorore domini concubuerit,  
 feudo indignus censetur; E. multo magis,  
 qui cum matre, vid. Rittersh. d. l. q. 106.  
 Bocerum d. l. n. 52. Diff. Eguin. Baro &  
 Sonsb. dd. loc.

11. Quod de matre jam est dictum, id  
 etiam ad sponsam domini est applicandum  
 l. 13. §. divi ff. de adult. l. 7. C. eod. l. 15.  
 §. 24. ff. de injur. Rittersh. d. l. n. 51.  
 Schard. d. c. 2. n. 12. Schenck Baro d. l.  
 n. 7. Goth. Anton. disp. 11. th. v. l. b.

12. Neque solummodo Vasallus feudo  
 suo privatur, si cuidam ex personis prædi-  
 ctis nolenti & invitæ, sed & si volenti vi-  
 tium obtulerit, l. 1. §. usque adeo & l. si  
 quis servum 26. ff. de injur. Alvarot. in d.  
 §. item si fidelis n. 2. Curt. Jun. p. 4. n. 20.  
 Zaf. & Sonsb. d. l. Vult. d. n. 31. Schenck  
 Baro d. l. n. 2. Bocer. d. l. n. 54. Schrad.  
 d. c. 2. n. 19. Gothof. Anton. d. th. v. l. G.  
 Schoner. l. 1. disp. feudal. disp. X. concl: 64. l. a.

13. Quid si prædictæ personæ sint pu-  
 blicæ

blicæ meretrices? Sane communis opinio in hisce etiam privationem, suum vigorem retinere; statuit. *vid. Isern. in d. §. item si fidelis. & ibid. Matth. de afflict. Curt. Jun. p. 4. n. 23. Morx. n. 46. Rittersh. d. l. n. 100. Vult. d. n. 31. Schrad. d. l. n. 19. Schoner. d. th. 64. l. B.* Sed nos negamus, hoc casu pœnam privationis posse locum obtinere cum clarissimo Icto *Heinrico Bocero, quem vide in d. disp. . 20. concl. 55. 1.* quia in meretrice neque adulterii, neque stupri crimen committitur *lib. si ea 22. C. h. t. vid. etiam Tertul. in lib. de cultu foem. cap. 12.* ubi appellat meretrices infelicissimas victimas publicarum libidinum.

14. Sed non placet *Bocer. d. l. th. 58.* ubi propterea etiam vasallum amittere feudum statuit, quando dominæ pedissequam stupro cognoverit? Hancque sententiam etiam probat. *Rittersh. d. l. n. 105.* Profecto si hæc sententia esset vera, exclameremus cum *Zasio de feud. p. 10. n. 69.* Rem esse lubricam, esse vasallum, nec magno opere expectendam. Interim merito amplectimur negativam opinionem, quam etiam defendunt. *And. de Isern. ad d. t. v. l. 1. F. Curt. Jun. de feud. p. 4. n. 22. Sonsb. d. p. 12. n. 22. Gothof. Anton. dicto loco l. F. 15.* De concubina Domini potius crederem

derem, si quibusdam in locis concubinitas  
 sit in usu, quod qui hanc stupravit, feudo  
 indignus censeretur. *vid. Ritt. d. l. n. 104.*

16. De sorore domini ultima nostra sit  
 quaestio, an qui hanc maculaverit, huic pœ-  
 næ subjectus sit? Et sane *ext. n. v. §. item*  
*si fidelis l. 1. F. C. §. rursus t. 24. l. 2. F.*  
 dicendum, quod sic, modò in domo domi-  
 ni fratris maneat, vel in capillo: Dictum  
 autem terminum in domo manere, cum  
 Dno. *vult. d. l.* intelligimus non de cor-  
 porali mansione, sed de jure familiae: Jus  
 autem familiae non ad certas quasdam aedem  
 restringitur, sed personam, ubi est comita-  
 tur; De sequenti termino in capillo esse,  
 vide *Hotom in Lexico feudali.* ubi observa-  
 vit ex legibus Longobardorum, & consti-  
 tutionibus Neapolitanis, fuisse apud anti-  
 quos hanc consuetudinem ut novæ nuptiæ  
 crines solverent, qui mos adhuc hodie in  
 quibusdam Germaniæ civitatibus, etiam  
 in paranymphis virginibus usurpatur.



## AD LECTOREM.

**H**Æc quæ de perjucunda hac materia  
benevole Lector, brevissime conscripse  
mus, ut in optimam partem accipiantur, sume  
mopere rogamus: Nobis hoc solummodo fuit  
propositum, ut studiosæ juventuti, quasi  
per indicem monstraremus juris Feudalis deli-  
cias.



BONUS



BONUS MULIER

*Sive*

Centuria Juridica Practica Quæ-  
stionum illustrium:

DE

MULIERIBUS

vel

UXORIBUS.

Donus Hoffer

1712

Generis Juridica Praecepta  
sive Institutiones

DE

INSTRUMENTIS

VEL

EXORIBUS

## CENTURIAE JURIDICAE

Practicae Quaestionum illustrium.

## T H E S I S I.



Ulieres sive Uxores, licet non sint communes, juxta Anabaptistarum opinionem; attamen eas in commercio virorum esse oportet. Quemadmodum videmus plerasque

mulieres in civitatibus Hansiaticis, in commercio esse, imprimis ubi Clerici, & Hispani, Angli & Hollandi dominantur, qui cum mulieribus, viris interim vinum bibentibus, & consentientibus, Commercia indefinenter exercent, idque quia notorium est, ullâ probatione non indiget, sed sola allegatio sufficit. *L. Si adulterium cum incestu S. idem pollioni ff. ad l. Juliam de adult.* Sic CATO Utricensis summus Philosophus concessit Hortensio uxorem conjugis suæ, referente *Appiano lib. 2. bell. civil.* Et Socratem summum politicum, & omnium sapientissimum, uxorem suam Xantippen alteri dedisse, scribit Plutarchus in vita Socratis. *Laert. lib. 2. in vita ejusdem.* Unde apud Spartanos Lex erat, licere cum uxore alterius consuetudinem habere, si modo

do vir permitteret, quod & Cicero in *pe-*  
*librorum suorum de inventione attestatur.*

Uxores autem communes esse debere  
 Carpocrates docuit, quod etiam de secta  
 Nicolaitarum scribitur in *Ecclesiastica Hi-*  
*storia lib. 3. cap. 29.* Unde apud multas  
 Gentes communem mulieris usum per-  
 mansisse testantur *Diodor. lib. 1. cap. 1.*  
*Alexand. lib. 1. cap. 1. Calius Rhodig.*  
*lib. 1. cap. 18.* Hinc Cabades Rex Peria-  
 rum, qui adhuc hodie Nicolaum pro Deo  
 invocat, publica lege permisit viris quas-  
 libet uxores accedere, ut scribit Agerhius  
 lib. 4. Quem sequutus Mahometus Tur-  
 carum Legislator lege lata in Alcorano suo  
 etiam hodie unicuique duodecim uxores  
 habere permittit, ancillas autem sine nu-  
 mero quot libuerit, attestante *Aenea Syl-*  
*vio cap. 56. Polydor. de Invent. rer. lib. 7.*  
 Hodie vero nostris temporibus Romæ & ali-  
 bi, ne uxores ibi fiant communes, aliquot  
 millia Curtisanarum loco uxorum quoti-  
 die venduntur, locantur, conducuntur, &  
 in diem addicuntur, & quælibet Curtisana  
 pro inscriptione, in Catalogum meretri-  
 cum Pontifici sancto aureum Ungaricum  
 persolvit, ut libere & impune scortari, ne-  
 gotiaque muliebria exercere, & ex illis qua-  
 situm facere possit, quod omnes qui Romæ  
 nobiscum vixerunt, vel aliquandiu ibidem  
 com-

commorati sunt, attestabuntur. Unde Le-  
nones tot ibi reperiuntur, quot Carnarii,  
Piscatores, Hamiotæ, & Pistorum, Dulcia-  
rii, & Braxatores Cerevisiarum (ut cum  
Bartolo loquar) ibidem habitant. O san-  
ctissimum patrem Papam Petri successo-  
rem vel quasi! O sanctos septuaginta Car-  
dinales Romanos, ex quibus triginta Car-  
dinales Romæ semper in loco resident, &  
singulis septimanis die Lunæ cum Papa  
Consistorium celebrant, reliqui Cardinales  
per universum orbem terrarum peregrin-  
antur, ut universum corrumpant mundum.

Sic Curios simulant, & Bacchanalia vi-  
vunt. Sic Curia papalis fovet omnia scan-  
dala mundi, propter sanctum Denarium  
Ungaricum. Verum quia nemo debet di-  
cere, Papa cur hoc facis? *cap. quanto de  
translat. Episc. ubi G. loss.* Non quid Ro-  
mæ fiat, sed quid fieri debeat, respiciendum  
est, ut pronunciat Jurisconsultus. *In l. sed  
licet. 12. ff. de officio præsidis.* Quinimo Pa-  
pa universam Christi doctrinam revera in  
Ethnicam doctrinam convertit. 1. Quia  
sicut Ethnici Philolophi unum Deum esse  
dixerunt, quem Pana vocarunt, postea tres  
Deos habuerunt, Jovem in cælo, Neptu-  
mum in aqua, Plutonem in inferno: Sic Pa-  
pa quidem concessit esse unum Deum, &  
esse Patrem, Filium & Spiritum sanctum,

sed ut Ethnici habuerunt Reginam cœli, Venerem, cui sacrificarunt, & illam omnibus Diis prætulerent, & dicunt esse omnium pulcherrimam, & cogere omnes Deos in suas leges: Ita Papa virginem Mariam vocat *unser liebe Frau* / & illi tribuit honores divinos & Reginam cœli vocat, tribuit ei omnia, quæ tribuuntur filio Dei:

*Maria mater gratiæ,  
Tu nos ab hoste protege,  
In hora mortis suscipe,  
Tu pro nobis ora,  
Tandem in mortis hora.*

Sic totum Psalterium pontificii ad Mariam transtulerunt, Dixit dominus domino meo, *der Herr spricht zu unser liebe Frau* / unde pontificii S. Mariæ extruxerunt templa: sed in honorem filii Dei nullum extruxerunt Cœnobium, detur unicum, *Das zum Sohn Gottes genandt werde.*

2. Sicut Ethnici Deos habuerunt omnium rerum: Pallas gubernavit Sapientiam: ita Pontificii S. Catharinam præsidem Sapientiæ finxerunt, ut in Academia Wittenbergenſi *haben sie zum Siegel* Divam Catharinam, quæ largiretur sapientiam. Deinde sicut Ethnici habuerunt Apollinem, qui daret sapientiam: ita Pontificii S. Erasmus. Ethnici Martem in bellis: Pontificii S. Mauritium invo-

invocant. Ethnici Junonem invocarunt, quæ divitias daret; nostri Papistæ Annam invocant: Ethnici Neptunum in maris periculo; Pontificii S. Nicolaum & S. Christophorum: Ethnici Bacchum; Pontificii S. Vitum, quia *viris heist ein Weinstock* / bona derivatio: Pontificii invocant S. Brandanum, *wenn ein Haus brennet* / Sebastianum pro peste, quod pestilentia esset præfectus: S. Romboldum contra spectra, mirum, quod non dixerunt Cobboltum.

3. Papistæ prout Ethnici cultum Veneris habent: Quia in singulis urb. peculiaria lupanaria habent, sicut adhuc fit Romæ & in aliis civitatibus pontificiis. Insuper Papa imperavit abjurare conjugia, in quo Papistæ deteriores sunt Ethnicis, quia contra legem naturæ est prohibere conjugia. Insuper Ethnici habuerunt Monachos Corybantes: Item, sicut pythagorici fuerunt Monachi, & habuerunt virgines vestales, quæ jurarunt castitatem: Ita illi Pontificii Monachos, & virgines Moniales ordinarunt, quæ castitatem jurarunt, quam nunquam servarunt, ut ignem sacrum custodirent. Sic Papa perpetuas faces ardentes in templis ordinavit, *den Todten und allen Heiligen setzen die Pontificii brennende Liechter vor* / & hoc facto significant, se esse cæcos, & in me-

dia luce verbi Dei non posse nec velle cernere veritatem, daß sie beyhm Liechre die Wahrheit Göttliches Worts nicht sehen können / noch wollen.

4. Ethnici Philosophi docuerunt, se suis virtutibus remissionem peccatorum accipere, & venire postea ad campum Elysium, zu gelehrten Leuten / ut Socrates apud Platonem, Virgilius de Ænea & Anchisen fabulantur, sed malos homines, qui haberent peccata, venire in purgatorium, & sic Papa & ipsius asseclæ planè ex Virgilio suam doctrinam de purgatorio sumpserunt & retinuerunt. Quia purgatorium ipsis est locus, ubi purgantur qui peccatis sunt pollati, da sie erstlich druncken werden / deinde veniunt in Limbum patrum, da die Väter sein: resurgente Christo seynd sie erst mit gen Himmel gefahren.

5. Ethnici Deos indigetes habuerunt, qui ex hominibus Dii facti sunt, ut Romulum, Æneam, Herculem; Ita Pontificii ex Apostolis Deos indigetes fecerunt, Ein jeder hat sein eigen Aposteln / quem adorant. Imò nihil aliud est quam Ethnicismus. Hodie Jesuitæ, welche Jesu zuwieder solche errores bementeln / aliquo modo subtilius deli-

delira  
und  
Gall  
Quia  
(jed  
veter  
mit  
reste  
ferun  
ci del  
& Jes  
Igitu  
Jesui  
men  
& fe  
agna  
men  
2.  
urget  
possi  
versio  
22.  
mari  
rium  
servu  
retra  
per t  
in u



delirant, nach dem sie Lutherus in Saxonia, und Zwinglius auch andere in Helvetia & Gallia haben auff die Finger geklopfft. Quia Jesuitæ aliquo modo hodie sunt meliores (jedoch nicht viel besonders) Monachis veteranis, dann sie mengen die Schrifft mit darunter / & tamen nihilominus furores retinent veteres, sunt plane Ethnici, differunt tamen ab Ethnicis in illo, quia Ethnici delirarunt absque verbo Dei. Papistæ vero & Jesuitæ in media luce verbi divini delirant. Igitur majus peccatum committunt; Et docti Jesuitæ veritatem religionis intelligunt, & tamen contra conscientiam, propter ventrem & fetas præbendas, quas pro se, & suis agnatis & cognatis impetrant, Pontifici & mendaciis blandiuntur.

2. Uxores itaque an à viris necessaria urgente causa ex potestate maritali vendi possint? Videbimus. Gen. 3. v. 16. & 24. versic. 58. Levit. 22. 12. Num. 30. Deut. 22. v. 5. I Cor. 11. v. 6. Quandoquidem marito in uxorem Monarchicum Imperium competit. l. 9. Cod. de rei vind. lib. servum 21. ff. de manumiss. Tiraquel de retractu in præf. n. 15. & ad l. Connub. 1. per tot. Quippe Monarchiam representari in una qualibet domo ipse Philosophus

Aristoteles 1. *Polit.* 2. & 3. fatetur, unde maritus ex plenitudine potestatis maritalis in uxorem, adulterum domi suæ deprehensum unâ cum uxore licitè occidit, est adulter Princeps sive Magistratus sit. *l. 20. lib. 24. ff. de adul.* Quapropter summus Pontifex, Simia juris civilis, hodie etiam Clericis suis concubinas vendere permittit. *cap. eos distinct. 32. cap. Quidam dist. 81.* Simiam juris civilis Papam ex illa ratione nomino, quia notissimum est, plerasque Pontificis sanctiones ex media fece Glossatorum jurium civilium esse consutas, ut patet ex *cap. fin. de testib. cap. 5. fin. de procurator. in 6. & aliis plurimis.* Neque id diffitetur Franciscus Duarenus, in tit. ff. ubi & apud quem. Et hoc unice Pontifici propositum fuit, ut jura Romana suspecta redderet. *cap. cum esses 10. X. de Testam. cap. 2. de pactis in 6.* Tandemque ex Academiis exturbaret, ne pontificiæ technæ manifestarentur. *cap. super. 28. de priv.* Et liquidissimum est, defuisse Pontificibus veteram legum ferendarum disciplinam. Unde Pontifex anno 1215. ex stolidissima ratione, quia quatuor essent elementa, intra quartum gradum matrimonium constrinxit. *cap. pen. de consang. & affin. Beza de repudiis sol. mihi 27.* Quæ? qualis? quanta? hæc est consequentia? Quatuor sunt Ele-

Elementa : Ergo quatuor sunt gradus matrimonii. Baculus stat in angulo : Ergo currus habet quatuor rotas. Ergo quatuor sunt gradus ; intra quos matrimonium debet esse prohibitum. Et tamen hisce ineptiis Pontifex veterem juris civilis computationem graduum abolere conatus est. Insuper etiam constat, totum jus pontificium, ingeniosæ avaritiæ præcepta, & rapiendi formulas, specie pietatis adumbrare, dicente Cornelio Agrippa, de Vanit. scient. Et propterea ex Academiis Germaniæ, admovente D. Martino Luthero, in Italiam rejiciendum. Inprimis Decreta, quæ à Gratiano compilata sunt, quæ nullam vim legis habent, tantum privatas opiniones discrepantes recensent. In historica relatione, in jure Canonico, omnia falsa & conficta sunt. *Covarr. 4. resolut. 18.* Unde & palcas vocant : Insuper privatus fuit Gratianus & Pontifici, extra territorium jus dicenti non obtemperandum. *Vide Bodin. de republ. 9. § 3. cap. 3.* Tum cogitari debet cap. venerabilem 33. de Electione & Elect. Potest. quod nullo jure mera ambitione scriptum, refert *Cranz. 3. l. Saxon.*

Hoc posito. Quod uxores, ex potestate maritati, vendi possint ; etiam illas sub pacto Legis commissoriæ vendi posse existimamus, qua cavetur, ut, nisi pretium intra certum

certum diem emptor marito solvat, res sive uxor fiat inempta. *l. 1. §. tot. tit. ff. de Commissaria.*

3. Quo casu etiam uxores, sive mulieres, in diem, de jure addicere licet. *l. 1. §. tot. tit. ff. de in diem addict.* Ei autem, cui hoc pacto à marito vendita est uxor, vel interea precario tradita, interdictum quod vis aut clam accommodari, verius esse, cum Cujacio contra Robertum existimamus. *l. 2. §. in diem ff. pro empt. l. 4. idem ff. de in diem addict. l. 3. C. de pact. int. emp. Vide Cujac. 2. obs. 21. quem pungit Robertus 1. recept. lect. 35. §. 1. animadvers. 25. tuetur se Cujacius. 1. not. Mercat. 25. §. 10. obs. 290.*

Verum pactum de revertendo hic omnino necessarium est, & à muliere Chirographum prius, de revertendo, postulandum, ne ipsi accidat, quod civi Romano aut paucos annos contigit: Recens enim Romæ dives Mercator Romanus appetebat conjugem cujusdam pauperis civis, & promisit marito mille coronatos, ut concederet sibi cum uxore ipsius unius noctis concubitum, quod recusavit, nisi marito permittente hoc fieret. Maritus autem sponte concessit, & accepit pecuniam, inopia victus, & misit uxorem ad adulterum mercatorem; Postea cum elapso tempore maritus uxorem reperteret, uxor ad maritum redire noluit, sed respon-

respon  
merc  
vendi  
noct  
prore  
ab ac  
eticar  
4.  
terius  
riffin  
vendi  
rei ve  
near  
Cod.  
munit  
5.  
Legis  
tamer  
Impe  
ter &  
Cod.  
6.  
tallet  
ex ca  
l. 11  
tum  
emer  
sam  
rotem  
22.

responsum ipsi dedit: Quia tu me semel mercatori in diem & noctem addixisti, & vendidisti, ergo non ad te revertar, sed per noctes atque dies, dum vivo, hic apud emptorem meum manebo: quod procul dubio ab adulteris antea contra maritum ita practicum est.

4. Unde etiam emptori, qui uxorem alterius emit, uxoris loco uti licet: Quia verissimum est, quod perfecto emptionis & venditionis contractu, omne commodum rei venditæ ad emptorem regulariter pertinet *l. 57. ff. de contr. empt. l. 1. §. pen. & fin. Cod. de peric. & commod. rei vend. Idque communiter à. Dd. receptum est.*

5. Emptori tamen competit remedium Legis 2. Cod. de rescindenda vendit: Ubi tamen Sententia iudicis requiritur, quod ab Imperatoribus nove introductum, eleganter & nervosè probat. *Arpinell. ad l. 2. Cod. de rescind. vend. p. 1. n. 3. & seqq.*

6. Quod si quis virginem se emere putasset, cum mulier venisset, redhibitionem ex causa non esse, Ulpianus recte scribit. *l. 11. ff. de contrah. emp.* Nisi post perceptum errorem, mulierem, quam pro virgine emerat, emptor cognoverit. Ita compressam ab alio ignoranter qui ducit, juste errorem præterdit. *Matth. 1. vers. 15. Deut. 22. v. 21. Harmenop. 4. Epit. 12. Dissentiente*

tiente Dn. Wefenbeccio in Parat. ff. de  
 rui nupt. n. 8. Quia hic non error simplicis  
 qualitat, sed error substantialis, & talis  
 qualitas occurrit, ut ex eadem matrimo-  
 nium etiam viuetur, nulla spe reconcilia-  
 tionis existente per Novell. Leonis 39. de nu-  
 ptis. Beza de repudiis fol. mihi 17.

7. Restitutionem in integrum tamen  
 hoc in passu juris emptorem petere posse,  
 negamus. Quia factum infectum fieri fru-  
 stra contendimus, l. in Bello §. facta ff. de  
 captiv. & possum. revers.

8. Ex precedentibus itaque manifestum  
 est, locari tam nostras, quam alienas uxo-  
 res posse, idque valde usitatum esse. Quia  
 omnes res que vendi possunt, etiam locari  
 possunt, arg. l. 34. §. 1. ff. de contrah. empt.  
 l. 5. ff. de Verb. sign. Etiam si aliena l. 7. §.  
 §. 8. ff. locati.

9. Qua in re proxenatarum operanti, ab  
 iisque *ἐπιμεντινόν* postulari posse, permitti-  
 tur. l. Græca 6. Cod. de Sponsalib.

10. Sed & uxores in Emphyteusim dari  
 à maritis posse, post multas ambages ma-  
 riti tandem obtinuerunt, & hoc jure utun-  
 tur, sed non aliter, nisi sub lege meliora-  
 tionis. l. 2. & 3. Cod. de Emphyteusi. Quod  
 quatenus procedat videbimus.

11. Mandare quoque procuratori, absens  
 maritus, vel ex justa alia causa impeditus  
 potest

potest  
 gerat.  
 procur  
 dissol  
 tore,  
 ejusde  
 l. 22.  
 12.  
 rem c  
 minor  
 curato  
 nis, j  
 se, ad  
 caus. n  
 13.  
 la neg  
 gior  
 conve  
 licet s  
 1. Inst  
 de obi  
 14.  
 larum  
 ipse p  
 fundo  
 roch.  
 258.  
 15  
 metu  
 esse,

potest, ut sua, sive mariti, Uxoris negotia gerat. *l. 28. ff. de negot. gest. cap. 1. fin. X. de procur. in 6.* Quod mandatum si à marito dissolutum non fuerit, omnino à procuratore, mandatario, implendum est, & fines ejusdem mandati diligenter custodiendi sunt. *l. 22. §. fin. ff. mandati.*

12. Quam in rem maritus procuratorem constituere quemlibet potest, etiam minorem 25. annis. Nos etiam eum procuratorem, si modo non sit minor 14. annis, jure Civili, in casu necessitatis dari posse, adferimus. *§. justa Inst. qui & ex quib. caus. man. l. 12. C. de procur.*

13. Quod si quis absque mariti mandato negotia mulieris gesserit, actionem negotiorum illi concedi, naturali æquitati conveniens est. *l. 47. ff. de negot. gest.* Vide licet si quid, vel non ut oportuit, gessit. *§. 1. Inst. de oblig. ex quas. contract. l. in pr. ff. de obligat. & act.*

14. Ubi voluptuariarum, quoque expensarum, ratio habenda est, quas maritus ipse per se alias facturus fuisset, argum. *l. in fundo 38. l. nisi venalem ff. de rei vind. Mevoh. de arbitrariis jud. quest. cent. 3. cas. 258.*

15. Curandum tamen est, ne quid vi, metuve, aut doli causa, cum uxore gestum esse, dicatur. Quia si vis, dolus & metus

concurrant, poena capitis infligitur, aut pro  
 iudicis arbitrio punitur. P. H. O. Caroli V.  
 artic. 118. & seqq. Vigel. cap. 6. tit. 9. ad  
 Constit. Carol.

16. Caveri itaque oportet, dominum  
 maritum rem ratam habiturum: Quia si  
 maritus uxoris adulterium non detegat,  
 sed patientia sua, ἀνεπισχεῖν hoc vincat, nec  
 Leno proprie videtur, nec poena ordinaria  
 punitur. arg. l. 4. §. 2. ff. de his qui not. in-  
 fam. Novell. 134. §. mulier. Vigel. de ordinat.  
 Carol. in cap. 6. tot. 9. & c.

17. Et si conqueratur mulier, male sibi  
 negotia gesta esse, æquum est, in negotio-  
 rum gestorem etiam directam actionem con-  
 cedi. Ubi imperitia culpæ annumeratur,  
 Quia in hanc actionem, regulariter lata, &  
 levis culpa venit, l. 13. ibi negotia gesta. l. 11.  
 ff. de neg. gest. l. 20. Cod. eod. & c. Le-  
 vissima culpa tum demum attenditur, si alius  
 negotiorum gestor diligentior, commodius erat  
 negotia mulieris gesturus. §. 1. inst. de oblig.  
 ex quas. contr. ubi Dd. communiter omnes in  
 hoc passu, consentiunt. Unde rectè Dd. ex-  
 struunt regulam juris, is, quicumque deser-  
 ta negotia mulieris gerit, saltem de dolo,  
 & lata culpa, tenetur, &c. l. 23. ff. de reg.  
 jur. l. 223. l. 226. ff. de V. sign. l. 8. §. 3.  
 ff. de precat. l. 22. §. 3. ff. ad Trebell.

18. Domino quoque, cujus servus vicini  
 negotia



negotia gessit, eandem actionem concedi æquum est, quæ appellatur, de operis servorum. *l. 1. Cod. de operis libert.*

19. Ergo & Abbati, ex operis Monachorum, quia illi servis æquiparantur, &c. *cap. Abbates 18. q. 7. c. Monacho 27. quest. 1.*

20. Regulariter tamen Clerico & Monacho uxorem ducere non licet, nisi in Camera charitatis. *cap. 1. X. de Clericis conjug.* Alias suspenduntur, deponuntur, & excommunicantur. *d. c. 1. presbyter si uxorem. distinct. 28. &c.*

21. Si maritus servo alterius, vel Abbas Monacho mandaverit, ut ea negotia gerat, & in iis gerendis, aliquid vitii morbive servus vel monachus contraxerit, tam dominus maritus ipse, quam Abbas, actione de servo corrupto experietur, &c.

22. Sed & dominus ipse, qui institorem, hoc est, factorem præposuit, institoria actione tenetur. *l. 5. §. 12. l. 11. ff. de Com. act.* Si tamen ad certam rem, puta, ad mulieris negotia procuranda, quis deputetur, quia is proprie institor non est, utilis actio saltem dabitur. *l. 16. in fin. l. 19. in pr. ff. de inst. act. l. 5. Cod. eod. l. 20. §. 5. ff. Mand.*

23. Quidam ait: Uxoris, sicut & aliarum rerum societatem iniri posse, quod & verum est. *l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. l. 7. & seqq. ff. de societ. Mozzius de societ. cap. 1.* Et nili partes

tes adjectæ fuerint, vel adjici non possunt. socii æquales esse debent, in lucro & damno proportione Geometrica. l. 29. in pr. ff. de societ.

24. Quod si socii ea, vel iis uxoribus, simul uti velint, qui prior est tempore, potior & jure erit. Quia qui prior appellatur prior agit. l. qui prior ff. de judiciis. Major autem sociorum pars, reliquis reluctanti- bus, actum inconsuetum facere non potest. argum. l. 28. ff. communi divid. cap. in re communi ff. de reg. jur. in 6. Petrus de Ubal- dis tract. de societ. p. 5. n. 111.

25. Uxores nostras, amicis donare, ni- hil vetat, sed ita, ut verus habet veriver- bium! ἔτε πάντες, ἔτε πάντων, παρὰ πάν- των. Quia omnes res tam corporales quam incorporales donari possunt l. 9. pr. l. 17. l. 27. ff. de donat. l. 14. Cod. eod. Maritus autem donator uxoris, de eviçtione, si mala sit, non tenetur, nisi stipulanti, promiserit. l. 18. in fin. ff. de donat. l. 2. Cod. de eviçt.

26. Permutare autem uxorem pro arbitrio cuique licitum est. l. 1. C. tot. de rer. permut. Inprimis in conviviiis & choreis, alias secus est. Est autem hoc negotii genus inter Gentes ad septentrionem usitatissimum, ideoque barbara voce, Baraptum appellatur, &c.

27. Mutuo autem dari uxores haud posse, ex illa ratione credimus; Quia earum Bonitas

igno-

ignobatur. Quia mutuum est contractus sive *ουδω*  
*αλλοιμα* stricti juris, quo rem ea lege mutuo  
 damus, ut eadem qualitate & Bonitate reddatur  
 argum. pr. tit. inst. de oblig. ex quasi contr.  
 l. 55. ff. de solut.

28. Commodato vero uxorem dari posse,  
 nemo ambigit l. 8. & 9. ff. commod. Quia,  
 cum commodat, non facit rem accipientis,  
 sed permittit tantum, ut re ad certum tem-  
 pus utatur. l. 1. in fin. ff. de precario Hot-  
 tom. quæst. illustr. 15.

29. Ergo & precario, licet utrumque jure  
 consuetudinario, propter gratuitam, ut opi-  
 nor, operam, raro usurpetur. Quia preca-  
 rium est, quod precibus petenti conceditur,  
 quamdiu is, qui concedit, patitur l. 1. in pr.  
 l. 2. in fin. ff. de precario. cap. 3. X. de precario.

30. Itaque prudenter agit, qui remunere-  
 tandi gratia, interim honorarium marito  
 pollicetur. Quia mercede interveniente, me-  
 retricum & Simoniatum est, cap. ordi-  
 nat. & cap. sunt nonnulli. 1. quæst. 1. Con-  
 suetudo autem cum meretrice, quam for-  
 nicationem simplicem Doctores nostri ap-  
 pellant, quæ mercede interveniente fit, ab  
 adulterio diversa est, & illius pœnam jura  
 non definiverunt. l. 1. §. 2. ff. ad l. Jul. de  
 Adulteriis. Unde Damhouderius insignis  
 practicus, fornicationem simplicem, ma-  
 ris mali vitandi causa permitendam esse  
 putat,

putat, ne fenestæ adulteriis aperiantur, &  
 ut Uxores maritis illibatæ maneat. *Johann.*  
*Dambouder. in praxi crim. cap. 93.* Ideoque  
 Pontifex, & ipsius Cardinales, Canonici &  
 Monachi, cum animadverterent, quod  
 adulteria impune & absque scandalo com-  
 mittere non possent, Monasteria Monia-  
 lium extruxerunt & constituerunt, & illud  
 ex veteri testamento, in Samuele bene quod  
 ordinatum fuit, de mulieribus militantibus  
 ad templum, illi in pravam imitationem  
 converterunt, extruendo, in optimis & ele-  
 ctissimis locis Monialium. Dann im al-  
 ten Testament haben die Weiber die  
 Chor-Rocke und Dmuth gewaschen/und  
 haben ihr Gebet gehalten / Darenge-  
 gen hat der Pabst/und seine Cardinaln/  
 auch seine Canonici und Mönche/auf  
 dem Bethause / welches zu Jerusalem  
 tempore Samuelis gewesen / hernacher  
 Nonnenflöster und Hurenhäuser fast  
 bey allen Kirchen gemacht. Postea cum  
 hic abusus populo Romanorum innotescer-  
 ret, Concubinatum Papa & ipsius Cardi-  
 nales excogitarunt, ut quilibet domi,  
 vel tres concubinas, sive meretrices alere,  
 & impune ita scortari posset: quæ, cum

confe.  
 Alexi  
 edific  
 The  
 mus,  
 und  
 hincit  
 meliu  
 prima  
 Monal  
 Sancti  
 res apu  
 sum tar  
 tarum g  
 l. 24.  
 32.  
 uxores  
 9. 1. ff  
 mini ve  
 que lib.  
 et pign.  
 33.  
 num, v  
 venerit;  
 alimenta  
 Nauta,  
 sum fu  
 da, d. 1

consenescerent, Domos in honorem Sancti Alexii, quas vulgo *Verhäuser* nominant, edificarunt, quas nos non immerito *Der Thumbpfaffen Marstall* hodie nominamus, darinn sie die alten Concubinen und Huren noch auff den heutigen Tag hinein thut / ut juvenculas curtisanas comelius rursus ad se recipere possint. Hæc est prima & egregia fundatio, origo, & Basis Monasteriorum monialium, & domorum Sancti Alexii, &c. Deponere quoque uxores apud amicos licet usitatum sit, periculolum tamen est: *Quia femina & uxores sunt ex earum genere, quæ servando servari non possunt.* l. 24. §. 26. ff. *Depositi.*

32. Sed & maritis pignori Hypothecæ uxores opponere licet. l. 1. in pr. l. 15. §. 1. ff. *de pign. & Hypothecis.* Quia domini veri oppignotare possunt res quascunque lib. 6. *Cod. quæ res pign. oblig.* l. 13. ff. *de pign. & Hypothec.*

33. Uti vero operâ Mulierum depositarum, vel pignoratatum non licet, nisi convenerit; attamen de jure licet, si modo illis alimenta præstentur. l. 1. §. 8. l. 3. §. 3. ff. *de pign. & Hypothec.* Quia etiamsi depositum sit contractus de re gratis custodienda, d. LL. Attamen non impedit, quo mi-

nus remuneratio intervenire possit. *lib. 2. §. 24. de vi bon. rapt.* Interim itaque ex æquitate juris mulieribus alimenta præstanda sunt. *l. quod in uxorem Cod. de Negotiis gestis ubi Cynus & Baldus.*

34. Quod si, ne uti liceret uxore, maritus expresse convenerit, pacta servari oportet. *Quia pacta dant legem contractui l. 1. §. si convenit ff. de positi.*

35. At si quis sigillum (vulgo Cathenarium appellant) uxoris instrumento adpositum, resignatum conqueratur (prout Mercator quidam ante aliquot annos, Lipsiam profectus, & domum reversus, apud Senatorem in urbe. A. conquestus est) ad exhibendum, locus erit, ut venter inspiciatur. *l. 1. tot. tit. ff. de ventre inspiciendo l. 2. ff. de term. mot.* Condemnatio autem fit in id, quod mariti interest, quanti, (scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum) in litrem juratum fuerit. *per l. 3. ff. de in lit. jurand. d. l. 3. de term. mot.*

36. Quod si illi, illæve, quibus ea cura inspiciendi ventrem uxoris commissa est, falsum renunciarent, Prætor, causa cognita, marito novam actionem accommodabit, veruti si Mensor falsum modium dixerit. *l. 1. §. 1. ff. si mensor falsum modium dixer. ubi Bartol.* Si vero inspectores & mensores dolum, latamve culpam admisisse, deprehensi

hensi fuerint, in factam actione tenentur. *d. l. 1. ff. si mens. fals. mod. dixit.* Et novi alii inspectores & mensores ordinandi sunt, si maritus se læsum esse existimet, & venter mulieris denuo inspiciendus est, *argum. lib. Un. Cod. de error. Calculi.* Sin autem nullis terminorum vestigiis, neque per Geometras, neque vulvæ mensores, vel arbitros, res expediri potest, *Judex ipse controversiam expediet, & dirimet, argum. l. 3. Cod. de mixt. fin. reg. und. actionibus.*

37. Et tamen in re Zelotypa Maritorum diligentia à prudentibus viris merito improbata est: Cum eo duntaxat pertineat, ut in Vulva-pileorum, phantastarum, & Cornutorum Catalogum adscribantur. *Quia impossibilium nulla est deliberatio neque custodia l. non solum ff. de oblig. & act.*

38. Adde, quod Maritus nescius facti Uxoris, eodem beneficio gaudet, atque conscius cum hanc mariti dolor excruciet: illum facti ignorantia excuset, quarum utraque via æque ad salutem conducibilis est. Præsertim si ignorantia sit facti alieni, tunc enim tolerabilis est, & de jure præsumitur. *Cap. nullius 1. quæst. 3. cap. præsumitur de Reg. jur. in 6. l. 21. ff. de probat. l. 3. l. 5. & tot. tit. ff. & Cod. de juris & facti ignorantia.* In affectata autem nimisque supina ignorantia Mariti diversum

in jure est constitutum. lib. 6. § 9. ff. de jur. & fact. ignor.

39. In hac materia ex nudo pacto cum Muliere Nuda agi posse, indubitati juris est: per l. 7. l. 45. ff. de Pactis.

40. Ex pollicitatione quoque, præsertim jurjurando confirmata, cum muliere agi potest. Quia jusjurandum transactionibus & pactionibus robur addit lib. 41. Cod. de Transactionibus.

41. Quinimo rogata mulier, si tacuerit, pro consentiente habetur. Quia qui tacet consentire videtur l. item quaritur §. impleto ff. locati l. 2. voluntatem ff. solut. matr.

42. Itaque non est necessaria stipulatio, quæ tamen si intervenerit, paratam executionem in bona mulieris mobilia & immobilia habet. §. 3. Inst. de inutil. stipulat. l. 14. §. 1. ff. de Constit.

43. Maxime si syngraphum, vel chirographum mulieris intercesserit: Sunt enim instrumenta Muliebria Guarentigata, id est, paratam executionem habentia; absque alio processu judiciali. l. Un. Cod. de Confessis. Ordin. provinc. Thuring. lit. 14. Colerus de process. Execut. p. 1. cap. 13. num. 19.

44. Est tamen nonnunquam locus hic exceptioni non numeratæ pecuniæ. lib. 14. Cod. de non. num. pec.

45. Fa-



45. Famulos vero, & servos Dominis stipulari posse, explorati juris est. *l. 1. ff. de V. oblig. pr. Inst. de stipulat. serv. Hottom. 3. obs. 19.*

46. In hac stipulatione omnes sunt in dividuæ: Quia in facto consistunt, quod natura sua divisionem non admittit, veluti Cisternam Mulieris aperiri, fundum tradi, fossam fodi. *lib. 2. in pr. ff. de verb. oblig. l. 72. ff. eod. ubi Hugo Donellus num. 10. & seq.*

47. Nulla autem censetur inutilis stipulatio, nisi quæ natura est impossibilis. *l. 28. & S. 1. ubi Donel. n. 46. ff. de Verb. oblig.*

48. In re Uxoriam actiones præscriptis verbis ex vulgatis quatuor capitibus: Do ut des, do ut facias, facio ut des; facio ut facias: locum non habent. Sed aliæ quatuor dissimiles: do ut faciamus, faciamus ut des, faciamus ut facias, facio ut faciamus, hic substituuntur. *l. 5. S. ff. de præscriptis verbis.*

49. Hoc in passu juris ex contractu, in quo factum inest, tenetur quis præcise ad faciendum, nec liberatur præstando id quod interest: Si modo factum illud mulieri per Naturam explicari possit, contra omnium Doctorum communem opinionem. *l. 11. S. l. 36. ff. de Act. Empt. l. 25. ff. contrah. Empt. l. 2. ff. si cert. pet.*

50. In contractu cum muliere, Do ut faciamus, re tradita, & facto non securo, competit condictio, causa data, causa non secuta; Sive, ut alii volunt, ob rem datam re non secuta. Quia si pecuniam dem, ut facias, facto non securo, in id quod interest præscriptis verbis actio, vel utroque casu, ad repetendum contra mulierem condictio est. *l. naturalis §. 2. l. si sibi 10. lib. ob eam causam ff. de præscript. verb. Donell. d. tr. cap. 6. num. 13.*

51. Ex contractu faciamus ut des, si postquam factum est, mulier cesset dare: nulla in illam de dolo actio est, nisi præscriptis verbis. Hanc quæstionem intricatam & difficilem, Paulus de Castro de summis apicibus juris esse existimat, ut si Jurisconsulti reviviscerent, hanc antinomiam reconciliare non possent; recentioribus enim & veteranis Jurisconsultis esse incognitam. Deus scit, inquit Cynus, quot sint in ea ignorantes. Vide Donelli sententiam quæ verior est, & rationibus non caret. *In tractat. de præsc. verb. cap. 10.* Ubi si ex facto meo tibi nihil adsit, actionem de dolo competere cum Francisc. Hotton, in comment. de præscript. verb. & § act. Inst. de act. cum recentioribus statuit. Bartolus autem & veteres Jurisconsulti actionem de dolo competere existimant. *Bar.*

in l. Natur. §. quod si faciam, 3. ff. de præscript. verb.

§2. Diversum in Pupillo, si tamen pubertati proximus sit, quia tunc intelligit, quid cum muliere agat, nec tutoris auctoritate opus habet, ut saltem naturaliter obligetur, si videlicet ex conventionem cum muliere inita factus sit locupletior, & pecuniam lucratus sit. l. 13. in fin. l. 24. l. 41. ff. de cond. indeb. l. 95. ff. de oblig. & act. l. 9. §. 1. ff. de auctor. tut.

§3. In re Uxoriam hodie actiones censentur bonæ fidei, ideo tam in bonæ fidei quam juris stricti, alioquin contractibus usuræ, etiam jure Canonico, debentur ex more. l. 24. ff. de præscript. verb. l. 11. §. 12. ff. de usur. & mora.

§4. Ergo etiam fructus, & omnes accessiones. lib. 28. ff. de usur. & mora. Oest. de mora cap. 3. num. 18. etiam obligationem ad Interesse inducit. lib. 8. ff. Quod cert. loc. argum. l. 22. ff. si cert. pet.

§5. Mora est frustratoria solvendi, vel recipiendi improbata dilatio, quæ tunc commissa censetur, ut ait Martianus, cum quis interpellatus opportuno loco & tempore non solverit, quod apud Judicem vitum bonum examinabitur. l. 3. in fin. ff. de Mora. l. 5. ff. si cert. pet. Menoch. de Arb. jud. quest. Cas. 220. n. 28.

56. Sciendum tamen est, interea hic locum non habere interdictum: Ne quid in loco sacro. Quia hoc faciunt ipsi pontifices, & ipsius sancti Cardinales, Canonici & Monachi etiam Vicarii, impune in ipsa Roma, Italia, Hispania, & Polonia, nil dicam de Germania nostra. *tot. tit. Ne quid in loc. sac. fiat. de quo vide Oldendorp. 1. Class. act. 9. Forner. 1. select. 9.* Sic Johanna Papissa octava ejus nominis à suo Cardinali compressa est, cum quo familiaris consueverat, foetusque matrem sexum mentita virilem prodidit. Quia hæc Papissa in processione ad Lateranensem Ecclesiam, in cleri & populi Romani frequentia in platea, & via publica sub Cælo, doloribus partus oppressa inter Colosseum & Clementis fanum, puerum, ex fornicatione conceptum, spectante Roma peperit Anno 857. ibique ex partu obiit. Cujus rei memoriale adhuc exstat Romæ, de quo Mantuanus proprius pontificiorum Poeta sequentes Versus scripsit:

*Hic pendeat adhuc sexum mentita virilem  
Fœmina cui triplici phrygiam diademate mitram  
Extollebat apex, & pontificalis adulter.*

*Plura vide in tract. Levini Hulsii Oppenb. nuper in 8. edito.*

57. Neque & illud: Ne quid in loco publico vel itinere fiat: Quia hoc faciunt impune

pune Mercatores, peregrinantes & navigantes. *l. 1. pr. l. 2. §. 1. vers. hominum ff. de Interdictis.*

58. Neque & illud: Ne quid in flumine publico ripave fiat, prout faciunt Nautæ & Piscatores. *l. 1. §. 2. de Interdictis.*

59. Omnes autem dies tam festi, quam prophani, adde etiam noctes, utiles hic censentur, neque messium aut vindemiarum tempora sunt importuna. Sed

in die edendum.

Bis } in nocte tangendum Instrumentum.  
 } in septimana saltandum juvenibus.  
 } in mense Cucurbitandum Senibus.

Si modo præcepta Medicorum recte observare voluerint. Neque opus est, ut Calendarium inspiciatur. Quia omnis homo mendax, ut Calendarius. Quippe mensium, & vindemiarum ferias, omnibus prodesse vere dicitur à D. Wesenbecio. *l. parat. ff. de feriis.*

60. Non valent, in hoc passu, exceptiones: I. Loci non tuti, si salvus conductus ad Cameram concedatur, & impetretur. *Cap. accedens 4. Ut lite non contestat. latè Colerus de process. execut. p. 4. cap. 1. n. 170.* In quo salvo conductu inesse debet non tantum veniendi, sed & recedendi concessio, juxta Menoch. 2. arb. jud. quæst. cent. 4. c. 136. contra quosdam maritos, qui venientes

adulteros comiter excipiunt, sed abeuntes  
 pessime tractant. 2. Neque exceptio Se-  
 natus consulti Vellejani tributa mulieribus,  
 ut infirmitati ipsarum consulatur. Quia  
 locus Senatusconsulti Vellejano non est, si  
 mulier accepto pretio aliquid promisit, vel  
 fidejussit *l. 3. § 3. l. 19. ult. ff. ad African-*  
*ubi. Cujat. l. 30. ad Senatuscons. Vellejan-*  
 3. Neque termini nimis angusti exceptio  
 hic valet: Qui statim hic solvendum, aut  
 bonis cedendum est. Quemadmodum mu-  
 lier quaedam nupertime ad amicum debi-  
 torem dixit: Solve mihi quod debes? Illo  
 respondente, non sum solvendo, tum illa  
 replicavit: Ergo cede bonis, quod etiam  
 postea factum, & licet in Camera Imperiali  
 hoc ita non conclusum, tamen in Camera  
 charitatis hoc ita adprobatum est. contra.  
*Auth. offeratur Cod. de lit. contest. Novell.*  
*53. cap. induciae 3. quest. 3.* 4. Neque fe-  
 riarum ut antea dictum est, contra *tot. tit.*  
*ff. & Cod. de feriis.* 5. Neque exceptio  
 legitimacionis personarum, contra *tot. tit.*  
*Cod. Qui legi, pers. stand. l. fin. vers. necess.*  
*Cod. de Bon. quilib.* 6. Neque exceptio  
 plus petitionis, contra *lib. 3. § 10. ff. de*  
*except.* 7. Neque pacti conventi tempo-  
 ralis contra § 10. *Inst. de except.* 8. Neque  
 exceptio spolii. Quia illa intra 15. dies prius  
 probanda est, *c. 1. de X Rest: spol. & al-*  
*tiozem requirit indaginem.* Sed

Sed exceptiones sequentes hic locum habent: 1. Utpote exceptio ne Reus conveniatur ulterius, nisi in id, quod facere potest. *lib. 3. ff. de except.* 2. Exceptio non numeratæ pecuniæ, de qua supra per l. 14. C. de non num. pec. 3. Pacti conventi de non petendo. § 3. & 9. *Inst. de except.* 4. Jurisjurandi exceptio § 3. *Inst. de except. l. 15. ff. eod.* 5. Rei judicatæ inter easdem personas. *lib. 3. & 14. Cod. Quibus res jud. non noceat.* 6. Exceptio transactionis. l. 21. *Cod. de transact.* 7. Exceptio præscriptionis. *pr. Inst. de except.* Quæ tres exceptiones posteriores litis, & mulieris ingressum, impediunt, unde Exceptiones litis finitæ dicuntur. *Sichard. ad l. 19. Cod. de probat.* 8. Et ultimo. Quemadmodum Exceptiones hic admittuntur: Ita & replicatio conceditur, quam sequitur duplicatio, eamque excipit triplicatio, & sic deinceps multiplicantur termini in hoc passu juris Camerae provincialis, donec ad submissionem partes veniunt. l. 2. § 2. *de except. § 1. & seqq. Inst. de replicatione.* Licet in Camera Imperiali in dilatoriis duplicationem: In peremptoriis vero ultra triplicationem non procedatur. *Ord. Cam. p. 3. tit. 22. § wo aber & tit. 29. in fin.* Quod secutus, est sapientissimus Princeps Augustus, Elect. &

Dux Saxo: in suis constitutionibus provincialibus Sax. p. 1. tit. 18. Unde ibidem hodie Constitutione confirmata in dilatoriis ultra duplicationem, in peremptoriis ultra triplicationem, hoc jure procedere non possunt, neque debent.

61. Cæterum istis obligationibus, quia factum personale promittitur, frustra atque inutiliter accedit fidejussor masculis, nisi sit fœmina. Quia vir Masculus fidejussor ad pœnam corporalem hoc in passu juris obligare se non potest. *Argum. lib. 13. ff. lib. Aquil.* Et quamvis alias de jure civili Romano Germanico fœmina fidejussor esse non potest, auctoritate Senatusconsulti Vellejani, tamen hoc jure, quo nos utimur, licite admittitur. *tot. tit. ff. & Cod. ad Senatusconsultum Vellejan. l. 3. ff. de Fidejussor. Gometx. 2. Var. resul. 13. n. 3.*

62. Sunt enim omnes actiones in hac materia usque adeo personales, ut neque hæredibus competant, neque in hæredes concedantur. Quia personalia officia & pacta personam non egrediuntur, neque ad alium transeunt. *lib. indem in duobus §. personale ff. de pactis.*

63. In hisce actionibus contra naturam aliarum actionum expedit, potius personæ, videlicet Mulieri, quam Rei incumbere, sive, ut Pandectæ Florentinæ habent, incubare

con-



contra Brocardicam juris: Melius est incumbere rei, quam personæ. l. 15. *quis destinavit ff. de rei vind.*

64. Ab hac porro actione, sicut à cæteris omnibus, quis non aliter liberatur, nisi solutione & repræsentatione ejus, quod debetur, l. 54. *ff. de solut.* Tamen nostro jure quo utimur, humanitatis gratia, ex æquitate solemus debitori valetudinario, aliquid spatii concedere: In locis, ubi jus Cæsareum viget, tempus quatuor mensium concedimus, l. 2. & 3. *Cod. de usur. rei jud. Coler. de process. exsec. p. 3. cap. 6. n. 278.*

65. In hac re uxoria Novatione, delegatione, compensatione, oblatione, & similibus modis, quidem civiliter, sed non naturaliter quis obligatur, l. 2. & 3. *Cod. de Novat. l. 2. Cod. de legat. l. 5. ff. de Acceptilat.* Si vero certo loco debitum compensetur, ratio habetur utilitatis loci, l. 15. *ff. de compensat. l. 2. §. ult. ff. Quod cert. loc. Medicep. 1. quest. 7.*

66. Aliud vero pro alio, invitæ creditrici Mulieri solvi non potest, l. 9. §. 3. *ff. de pignor. act. l. 16. Cod. de solut. lib. 21. §. ff. de. Const. pec.* Adeo ut ne pretium quidem speciei loco promissæ nolenti Mulieri creditrici obtrudi possit. *Vult. 1. Jurispr. cap. 53.* Nisi aut aliud singulari favore cer-

tarum personarum vel causarum receptum sit, l. 71. §. 2. ff. de leg. 1. lib. 15. l. 35. §. 1. C. de denat. Aut res debita solvi nequeat, lib. 8. ff. de conduct. furt. Coras. 2. Miscell. num. 8.

67. Maritus, qui rem habet cum ancilla, non est propterea Infamis, cum ea in re exemplo antiquorum patrum se tueri possit. Quia impossibile est, quod patres vixerint in peccato, quod remitti non possit, vel infamiam importet. Ratio connexionis est: Quia aliàs patres, qui vixissent in peccato, quod remitti non possit, non facti essent salvi, quod non præsumitur; & fuissent infames, quod itidem dicendum non est. *Atqui patres cum ancillis vixerunt*: Ergo vivere cum ancillis non est peccatum, quod remitti non possit, vel quod infamiam importet.

68. Unde uxori contra maritum, de adulterio accusatio, expresse in jure Civili denegatur. l. 1. Cod. ad Jul. de Adult. Licet per constitutionem Caroli V. uxori contra maritum accusatio de adulterio sit permessa, ad pœnam corpori infligendam. *P. H. D. Caroli 5. c. 20.* Sed de Carolinis Constitutionibus in Aristocratia latis, hic non disputamus. Quia illarum præfatio satis ostendit, quod liceat adhibere æquitatem, quippe generatim quilibet est legum

egum suarum moderator, interpret & ar-  
 ter, l. 3. *Cod. ex quibus caus.*

69. Attamen uxori in jure civili Ro-  
 mano Germanico, quo nos utimur, de in-  
 officioso querela contra maritum concedi-  
 tur, si videlicet maritus,

nocte ad dormiendum & vigilandum,  
 die in mensa ad edendum,  
 hebdomade ad persolvenda debita,  
 mense ad cucurbitandum uxori senex,

non semper exhibeat. *Novell. 118. cap. 1.*

4. Quia juxta sanctionem pontificis  
 maritus insuper tenetur uxori, ad reddend-  
 um debitum, & è contra *cap. Tua nos X.*  
*de jurejur.*

70. In quo judicio maritus & extraneus  
 non in solidum, sed in id duntaxat, quod  
 facere possunt, condemnandi sunt, l. 3. *ff.*  
*de re jud.*

71. Non debet autem uxor semper ve-  
 nire cum sacco parata, sed expectare Eu-  
 chasticos raptus, vel donec tempus jure,  
 & à marito præfixum, sit elapsum, l. *uxo-*  
*res ff. de divortis.*

72. Quid si maritus adeo frigidus fue-  
 rit, ut ad officia Virilia omnino ineptus sit?  
 Matrimonium posse dissolvi sancti Pontifi-  
 ces statuerunt, *cap. 1. de frigid. & males.*  
 Præsumtio autem semper est pro potentia  
 mariti: ideoque recepto juramento ab  
 utraque parte mulieri elapso triennio, alia  
 nuptiæ

nuptiæ conceduntur, & impotenti matrimonium interdicitur, *cap. laudabilem* & *cap. fin. X. de frigid. d. cap. 1. de frigid. & malef.*

73. Cæterum si sceminae instrumentum ita sit obleratum, ut à marito aperiri non possit vel potuerit? Pontifices quoque divortium, si toto triennio medicatio tentata fuerit, permiserunt *cap. 2. & 3. X. de malef. & frig. c. proposuisti X. de probat. processum*, & quod ocularis inspectio ad Chirurgos & Medicos pertineat, explicat & attestatur *Joach. à Beust. tr. de matrim. fol. mihi 105.*

74. Sed si scemina postea inveniat aliquem, qui seras hujusmodi reseravit, potest de integro matrimonium restaurari. *Quia cessante causa divortii, cessat effectus.* Id est ipsum divortium, *l. adigere §. quamvis ff. de jure patr.*

75. Quod si vero uxor apta sit ad viriles amplexus, & maritus pecunia instructus, ac cum pleno sacco domum revertatur, neque uxor ullam moram facere, vel ut horis canonicalibus, matutinalibus precibus interfit, jejnet, vel eleemosynam indigentius prius faciat, marito persuadere debet. *Quia in causis summariis in continenti absque strepitu judicii de simplici & plano procedendum est, Zang. tr. de except. cap. 2. n. 5.*

76. Hic

76. Hic in rei uxoriæ causa omnes servitutes personales censentur, quæ à persona personæ debentur. Est autem servitus hic jus in muliere, alii constitutum, jus domini mariti minuens, alterius augendi sive oblectandi causa §. 1. *Inst. de reb. corp.*

77. Veluti est jus: Ut vicinus onera vicini sustineat, ut tignum in mulieris parietem immittat, flumen & stillicidium mulieris recipiat, *l. 33. de servit. urban.*

78. Item, ut Mulieris Cisternam aperiat, iter, actum, viam, aquæductum & haustrum, pecoris ad aquam appulsum, ut præster jus pascendi, arenam fodiendi *pr. Inst. de servit. Rustic.* Quia servitute constituta & concessa omnia una concessa esse intelliguntur, sine quibus servitute uti rectè non possumus.

79. In quibus omnibus Patientia pro præstatione habetur. 1. Quia omnes HAN-REIHI sunt patientes. 2. Quia in harum mulierum servitutum constitutione pro possessione usus intervenit, & Patientia mariti pro traditione est. *lib. ult. ff. de servitut.*

80. In hac materia rei uxoriæ, jure consuetudinario, omnes omnino testamentariæ dispositiones cessant. Quia in hac materia locum tantum habent actus nocturni, qui fiunt inter vivos. *l. 21. ff. de Testam.*

81. In eadem hac materia possessio quidem animo & corpore acquiritur, sed solo corpore amittitur, nempe cum desierimus mulieri adhærere, *lib. un. Cod. uti possidetis.*

82. possidere autem mulieres, non nisi per nosmetipsos, possumus corpore & animo nostro conjunctim, *l. 1. lib. 32. § 1. ff. de acquir. possess.*

83. Unde qui jure familiaritatis uxoris fundum ingreditur, non videtur possidere, *l. 41. ff. de acquir. poss.* Sicut ne ille, qui ex primo decreto in possessionem fundi mulieris missus est, in possessione revera est, *lib. 3. § 8. ff. uti possidetis.* Quia jure possidere & in possessione esse differunt. Ratio ejus est: Quia aliud est habere jus ad rem: Aliud habere rem in re. Sic & sponsus ante nuptias habet quidem jus ad rem, videlicet sponsam, sed non statim rem in re. In nuptiis vero non solum habet jus ad rem, sed rem in re, videlicet sponsa.

84. Est autem plenum humanitatis interdictum; Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est, *l. 6. Cod. unde vi.*

85. Neque tamen prohibemus Novi Operis Nunciatione uti, & cautionem de damno infecto exigere, ut videlicet ab opere nobis nocituro, desistat, *lib. § 1. ff. de Nov. oper. Nunc.* Si quid autem operis jam factum

tactum est quod fieri non debuit, cessat hoc  
 elictum, & locum habet interdictum, quod  
 naut clam *d. l. 1. ff. de Nov. oper. nunc.*

86. Prima autem causa acquirendæ  
 possessionis, & domini in hoc passu juris  
 est aspectus, quem sequitur colloquium,  
 deinde osculum, post actus, & contrectatio,  
 ac deinde ea, quæ est postrema lima & ri-  
 ma, quæ plenum dominium & possessio-  
 nem parit, juxta versus.

*Post visum, risum, post risum, venit in usum.*

*Post usum, tactus, post tactum, venit in actum:*

*Post actum, fructus, post fructum, pœnitet acti:*

Item per lignorum incisionem in januam  
 mulieris *l. 7. §. 12. ff. solut. matrim.*

87. Cui proxima causa acquirendæ pos-  
 sessionis est, clavium cubiculi, domus, hor-  
 ti, postici traditio, quæ clavium traditio in  
 mariti præsentia tuto fieri non potest, quem-  
 admodum de jure requiritur, ideoque in  
 absentia mariti ut fiat, tutissimum est *l. 74.*  
*ff. de contr. empt.*

88. Uxor à marito domo expulsa, ut  
 sæpe fit, primo occupanti conceditur, &  
 potest pro derelicto possideri, *l. 15. ff. de*  
*acquir. rer. dom.* Quia omnes res pro de-  
 relicto habitæ, statim derelipientis esse  
 desinant, & primo occupanti concedun-  
 tur, § 47. *Inst. de rer. divis. l. 2. §. 1. ff.*  
*pro derelict.*

89. Sed

89. Sed quid juris, si uxor maritum domo expellat, & negotiorum gestorem interim domo retineat, quod sæpissime Mulieres Hansiaticæ præctantur? *Resp.* 1. Maritus uxorem adulteram criminaliter ad pœnam infligendam accusare potest. *lib. Quamvis Cod. ad l. Jul. Majest.* 2. Potest agere civiliter contra uxorem coram officiali principis, vel iudice Ecclesiastico ad divortium faciendum *cap. porro X. de divort.* Et si notorium adulterium, uxorem domo expellere potest, *c. fin. X. de adult.* Si vero adulterium non notorium est, vitæ ad cohabitationem non compellitur, sed cum probatione sua admittitur, quæ ab ipso, nullo modo malitiose, in præjudicium mulieris differenda est.

90. Quod si uxor sponte extra mariti domum pernoctaverit, si animum revertendi habet, non videtur divertisse. *l. 3. in fin. ff. de rer. divis.* Quia idem jus est intransfugis, *l. 3. §. ult. ff. ad L. Corneliam.*

91. Et si amissam uxorem maritus recuperaverit, nulla ipsi in eum, qui Uxorem receperat, actio competit. Quia officium suum nemini debet esse damnosum *lib. sed & si quis ff. Quemadm. testam. aper.* Imprimis si Clericus amissam uxorem receperit. Quia ille non ex mala intentione sed causa imprimendæ benedictionis illam receperit

cepisse



cepisse censetur. *cap. dictum est 1. quaestio-*  
*nem 1.*

92. Fœminarum usucapionem, exem-  
plo rerum mobilium triennio parari posse,  
arbitramur, §. 1. *Inst. de usucap. cap. 16.*  
*quæst. 93.*

93. In Agasonem, cujus Asinus rugitu  
suo Priapi cum Laide Nympha lusum in-  
terturbat, actionem, si quadrupes paupe-  
riam fecisse dicatur, concedendam esse pu-  
tamus, *l. 2. ff. ad l. Aquiliam.*

94. Merito leviem castigationem marito  
in malam uxorem jura permittunt. Nos  
autem nullam modicam in malam uxo-  
rem, castigationem, sed talem sequentem  
potius concedimus, videlicet, ut malam  
uxorem maritus aut non attingat, aut ita  
verberet, ut vix vivere possit, vel utrum-  
que omittat. Quia alias suspicio veneni per  
omnem vitam hæret. §. *sed hoc tempore Inst.*  
*de his, qui sunt sui.* De excessu tamen ma-  
ritus arbitrio judicis punitur. *Menoeh. 2. arb.*  
*jud. cas. 26. 4. n. 13.*

95. Quærenti quâ actione conveniatur  
nova nupta, quæ prima nuptiarum nocte  
sponsum admittere nolens, usque adeo cru-  
ciavit, ut mane mortuus in lecto inventus  
sit: quod accidit sponso AL. Respondi se-  
cundum ea, quæ proponerentur, ex malefi-  
cio teneri, *l. 15. ff. ad l. Cornel. de sic ar.*  
Quod

Quod tamen restrictionem doli mali requirit, *Wesemb. in parat. tit. ad l. Cornel. n. 12.* Licet Pontifex Romanus, sponsum cum sponsa, ob reverentiam benedictionis & Monachi illos copulantis, prima nocte in virginitate permanere jubeat & statuat, *cap. sponsus. distinct. 23.*

96. Rogatus contra: quâ actione subveniatur mulieri, nimiam libidinem mariti accusare volenti: Respondi, cum jura constituta sunt in iis quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non in iis, quæ ἐκ παραλόγου, illi extraordinario remedio succurrendum, & maritum ad ancillas remittendum esse. Quia jura de raro istis contingentibus non constituuntur, *l. ex his ff. de legibus.*

97. Quandoquidem alias versiculi vulgares Knüddelhardi in hoc passu juris existant:

*Gallus Gallinis terquinis sufficit Unus:  
Ast non quinque Viri sufficiunt Mulieri.*

98. Unde judices in causa tali ambigua olim respondebant SIBI NON LIQUE-  
*RE. l. 13. §. ult. ff. de Arb. l. 36. ff. de re jud. Alcon. pæd. in divin. Agell. 14. noct. Attic. 2. Briffon. 10. de verb. signif.*

99. Fallunt igitur & falluntur, qui Mulieres homines esse negant, vel imperfectioris arguunt, vide Julium Scaliger. exercitat. 274. contra Jacob. Cujatium. Italum *obs.*

*obs. 6. cap. 21.* Ubi Jurisconsultis Mulie-  
 rem hominem esse negat, per *l. Siquis 38.*  
*§. abortionis, ibi Mulier, aut homo ff. de*  
*pœnis.* Quod refellit *l. hominis 152. ff. de*  
*V. Siga. ubi Gœedd. l. 1. ff. de V. S. l. 3.*  
*§. 1. ff. de lib. hom. ex h. l. 3. §. 1. ff. unde*  
*legit. l. 2. ff. de stat. hom. l. 1. §. 1. ff. ad l.*  
*Com. arg. maximum vitium Cod. de lib. præ-*  
*ratio est.* Quia in *d. §. abortionis,*  
 Mulier & homo non opponuntur adversè,  
 sed relativè. Quia Jurisconsultus conjun-  
 ctim dixerat de poculo abortionis & ama-  
 torio: si illo mulier, hoc homo sive ma-  
 sculus, sive fœmina perierit, ideoque dicta  
*lex si quis 38. §. qui abortionis ff. de pœ-*  
*nis, nihil ad Cujatii opinionem stabilien-*  
 dam facit. Quia verba Mulier aut homo  
 debent referri ad præcedentia, quasi dicat  
 Jurisconsultus: Nihil refert, perierit Mu-  
 lier, an abortierit. Et sexus ratio dum igno-  
 ratur, quo ad abortionem (quia dum Em-  
 bryo in utero est, non intelligi potest, ne-  
 que nobis constat, an Masculus an fœmina  
 sit.) Ergo Jurisconsultus in textu *lib. 38.*  
*ff. de pœnis* adposuit generale verbum, Ho-  
 mo, jam homo in se consideratus intelligi-  
 tur ex capite naturali, adeoque sexus ratio-  
 ne, & matrem & fœminam complectitur,  
*l. homin R. 125. ff. de V. signif. l. 1. §. 1.*  
*ff. de lib. hom. exhib. Vult. 1. Jurispr. 4.*  
 Goed.

*Goed. l. 1. ff. de V. S. n. 32. Alciat. 7*  
*Par. 7.* Abutitur ergo Cujatius hoc textu  
*l. 38. ff. de pœnis:* Quia Jurisconsultus ibi-  
 dem de duplici casu agit, primo ponit ca-  
 sum: si quis poculum amatorium dederit  
 mulieri, quâ pœna reus afficiendus sit? &  
 respondetur, si dolo fecerit, & mulier aut  
 homo, id est Embryo qui in utero est,  
 non perierit, si humilior persona sit, in  
 metallum damnetur, honestior in Insulam  
 amissa parte bonorum, relegetur. In se-  
 cundo casu quæritur: Quid si mulier aut  
 homo, id est, Embryo perierit? Respon-  
 det Jurisconsultus, tunc summo supplicio  
 adficiatur. Quia de Embryone nihil certino-  
 bis constare potest, an mas sit an fœmina,  
 ut antea dictum est. Ratio est: quia Juriscon-  
 sultus loquitur de poculo abortionis. Si igitur  
 in utero. Jam de Embryone constare non  
 potest, an Mas sit vel fœmina, ergo dum  
 Jurisconsultus in textu hominis generaliter  
 mentionem facit, & de Embryone loquitur,  
 & marem & fœminam complexus est, *d. l. 1.*  
*ff. de lib. hom. exhib.* Et sic textus *d. l. 36. ff.*  
 de pœnis contra Cujacium nostram senten-  
 tiam, videlicet, quod mulier sit, & ma-  
 neat homo in omnem æternitatem, confir-  
 mat. Neque Philosophis adfistimus, dum  
 muliorem fœminam minus hominem esse  
 con-

constituunt, utpote Platoni, qui dubitat, an mulieres monstris sint annumerandæ? Neque Aristoteli, qui mulierem monstris annumerat. Neque Ciceroni, qui virum magis perfectum esse, quam mulierem fœminam statuit. *Clem. Alex. 1. Pedag. c. 4.* Quia nihil horum inter literatos nostri seculi receptum est, nam æque mulier perfectus homo est, ac vir masculus perfectus homo dicitur. Quia licet Aristoteles ex eo dubitet, quod aliquid mulieri deficiat in ratione: tamen certum est, quod hæc Aristoteles concedit, quod hominem constituant anima rationalis & corpus. Ergo data anima rationali & corpore, datur perfectus homo, etiam in fœmina muliere. & mulieres nostras hodie (Deo sit laus & gloria) plus lucis & rationis habere, imo æque rationales esse, ac ipsum philosophum Aristotelem, Diva Elisabetha Angliæ, Franciæ & Hyberniæ Regina, quondam P.M. potentissima, Elisabetha Westonia nobilissima, Johanna Othonica fœmina Flandriæ sapientiss. & infinitæ aliæ nostræ sæculi mulieres notorium faciunt, Unde & mulieres quandoque & virtutis Heroicæ & sœculi sive regni capaces esse, ipse Plato præceptor Aristotelis sibi ipsi contrarius attestatur. *V. Cornel. Tacit. 4. l. 5. de Republ.*

¶ 6. *annal. item de moribus Germano-  
rum Francif. Picolomin. in Philosoph. mor.  
grad. 6. cap. 10. Lipsium 2. Polit. 3. contra  
Johannem Bodinum in Method. c. 6. ¶ 6. de  
Republ. 5. Forcat. in Neczyom. dialog. 2.  
num. 2. Et nunc cum illo Prosperi in Epi-  
gram. concludimus:*

*Non decertanti nulla est speranda Corona,  
Palam qua capitur Gloria, Finis habet.*

F I N I S.



JUCUNDA

De

OSCULIS

Dissertatio historica, Philologica.

m  
in  
tat  
H  
de  
fac  
no  
&  
pr  
re  
tos  
xi  
tar  
dar  
qui  
tia  
BY  
bus  
Mi  
2





**V**etus est Verbum: *Arcum nimium intensum facile frangi*: Quod ad studiorum rationem veteres mihi recte transtulisse atque accommodasse videntur. Verissimum quippe est ingenii vires assidua lectione obrui, meditationibus debilitari, exercitiisque frangi. Hinc in Academiis scholisve non raro videas multo feliciores in studiis progressus facere eos, qui curis suis gaudia interponunt, quibusque ludus & iocus studiorum & rerum seriarum quandoque relaxatio est, præ illis, qui continuo libris hærent affixi, neque inedia parcentes neque vigiliis. Multos novi paraphrenitida, alios *κακοσοματίαν* aut phthisin hac studiorum intemperantia contraxisse. *ανάπαυσις δὲ, ut Pin-darus ait, ἐν παντί γλυκεῖα ἔργω.* Hanc qui amant, aut poesin exercent, aut historias evolvunt, aut Musica se oblectant, aut gymnasticam tractant, aut deambulationibus & colloquiis sese recreant, adeoque trahit sua quemque voluptas.

Mihi illud Joannis Posthii placet:

Non juvat assidue libros tractare severos

Bartole sive tuos, sive Galene tuos:

*Sed libet ad dulces etiam descendere lusus,  
 Atque animum Doctis exhilarare ꝑOCIS.*  
 Illorum proinde ingenia, qui rebus ludicris,  
 ridiculis, paradoxis atque abjectis laudandis  
 & commendandis tempus fetellerunt, amo  
 magnique facio. Ceu fecere Archippus,  
 qui asini umbram; Passeratius, qui asinum  
 ipsum, Glaucus qui injustitiam, Polycrates  
 & Isocrates, qui Busiridem, Huttenus, qui  
 febrem, Phavorinus qui Therfiten & quar-  
 tanam, Maro, qui culicem, Catullus, qui  
 passerem, Ovidius, qui nucem, Diocles, qui  
 rapam, Dio Prusæus Philosophus, qui psit-  
 tacum, Synesius, qui calvitium, Lucianus,  
 qui vitam parasiticam & muscam, Libanius,  
 qui bovem, Mirandula, qui barbariem,  
 Cælius Calcagnius, qui pulicem, Erasmus,  
 qui *μωπίαν*, Pirckhaimerus, qui podagram,  
 Majoragius, qui lutum, Pierius, qui pau-  
 pertatem Poeticam, Salerius & Hegedor-  
 pius, qui ebrietatem, Heinsius, qui pedicu-  
 lum, alii, qui ejusdem farinae alia encomiis  
 ornarunt & illustrarunt. *Th. Lans. in Or.  
 contr. Polon. p. 613.* Cujus generis scripta  
 in vernacula nostra exstant, *der Froschmet-  
 seler* / (cujus auctor est G. Rollenhagius,  
 qui exemplo Homeri *βατραχομυωαζλα*  
 instruxit) *der Kömische Bienkorb* /  
 (cujus auctor est Philippus Marnixius S.  
 Alde-

Alde  
 mo  
 quo  
 ce  
 scha  
 vit i  
 Teu  
 litera  
 tius  
 libro  
 L. A  
 Mat  
 der  
 die  
 & co  
 mera  
 non  
 emet  
 mon  
 Eg  
 mih  
 bus  
 Puell  
 ad a  
 mih  
 namo  
 ci, c  
 turi,  
 cenda

Aldegondias, qui Apiarium Romanum primo Belgice concepit ac edidit anno 1571. quo tempore crudelissime in viscera Belgicæ sæviebat Albanus. Postea Joannes Fischartus, dictus Mentzer IC. festivissimi vir ingenii ex Belgico idiomate in nostrum Teutonicum transtulit, quæque minori litera sunt expressa de suo adjecit, vel potius, ut apparet ex Henr. Stephani Gallico libro, qui inscribitur: *Traicté preparatif à L. Apologie pour Herodote, mutuatus est. Math. Bernegger. de Idol. Lauret. c. 2. p. 22.*) *der Keinicke Fuchs / der Landsturber / die Schelmenzunft / das Narrenschiff /* & complura alia, quæ prima quidem fronte meras nugas præ se ferunt, in recessu tamen non parum ad civilem prudentiam, morum emendationem, vanæque superstitionis demonstrationem, momenti afferunt.

Ego ingenii reficiendi ergò Osculorum mihi sumpsi Theorian, praxin aliis, quibus & tempus, & sumptus & favor chori Puellarum est, relinquens. Prius vero quam ad argumenti tractationem accedam, duo mihi præmonenda video. Procul dubio namque Catones quidam erunt atque Stoici, qui dicam mihi scribent, quod Juventuti, quæ alias ad vitia prona est, faces accendam amoris, eamque præceptis iustruam.

struam. His respondeo, artem amatoriam nunquam me vel didicisse vel exercuisse, proindeque tantum abest, ut cuiquam offendiculo esse voluerim, ut potius speraverim quosdam amore historiarum & Philologias, quæ certe studiorum graviorum jucundum est condimentum, hac occasione accentum iri. Oscula impudica & luxuriosa non probo, quin potius pœna digna censeo. Ergo ut floriferis apes in salubria omnia libant, illa vero quæ dulcedinem vimque melificam habent, solum attrahunt: In venenatis contra animalibus, quidquid ea sugunt, quidquid gustant, in venenum vertitur. Ita cuiuscunque honestas cordi est, is omnia in melius interpretabitur, & de minus seriis dextre iudicabit. Heteroclitici qui sunt, cum optime etiam cogitata dictaque invertere, inque deteriorem partem rapere soleant, quis curabit, si malitiæ suæ hinc sumant augmentum? Hoc primum. Alterum monitum est, ne Lector exquisitum hic genus expectet orationis. In rebus ut plurimum occupor jocosus, in quibus molestum foret de verbis operose laborare: Quod si quis forte utgeat: Tanti ergo nugas has non esse quæ in publicum protrudi debeant. Huic equidem assentior: Verum animus *αὐτίδωρος* meditabatur illis, qui multis & maximis me

affe-

affecere beneficiis: qui cum vitæ mortisque  
 elegantia studiosissimi sint, materiam insti-  
 tuto meo vix potui invenire aptiorem. Quod  
 ergo illis animi mei affectionem ac gratitu-  
 dinem probavero: aquam etiam à te, Lector  
 benevole, censuram peto atque exspecto.

Commode vero dissertatio hæc De Oscu-  
 lis in septendecim membra sive sectiones mi-  
 hi tribui posse videtur: Quarum I. agat  
 De Osculi verbo ejusque synonymis, tum  
 phrasibus quibusdam ambiguis. II. De  
 Osculis divinis & religiosis. III. De Oscu-  
 lo Pontificis. IV. De Osculis Regum &  
 principum, quod civibus ferebant. V. De  
 Osculo subditorum, quo superioribus  
 & magistratibus reverentiam exhibebant.  
 VI. De osculatione manuum, frontis, ocu-  
 lorum. VII. De osculis genuum & pe-  
 dum. VIII. De assentatorio more Italo-  
 rum, Gallorum & Hispanorum, osculandi  
 manus vel pedes. IX. De osculis propin-  
 quorum. X. De pœnis osculorum variis.  
 XI. De osculis, quæ Parentes liberis fige-  
 bant. XII. De osculis quæ liberi Parenti-  
 bus. XIII. De osculis quæ uxores maritis.  
 XIV. De osculis quæ mariti uxoribus.  
 XV. De osculis fratrum, affinium & alio-  
 rum propinquorum. XVI. De osculis of-  
 ficiosi. XVII. & Et ultima sectio, de  
 suavis sive osculis amoris.

## SECT. I.

Primum ergo Osculum Varro in *lib. de vit. Pop. Rom. apud Non. Marcell. & lib. 5. de ling. lat. p. 59.* ab ore derivat. Quamquam improprie osculum etiam columbis tribuitur, quibus non os sed rostrum est, quando historicus ait: (*lib. 1. hist. c. 15.*) Masculum columbarum non prius feminam inire, quam osculum illi dederit. Non enim admittunt feminae marium commercium si vacuum sit osculo. Verba cognata sunt, basium & suavium: inter quae Donatus vetus Terentii interpres hoc facit discrimen, ut oscula sint officiorum: basia pudicorum affectuum: suavia libidinum vel amorum. Quibus cum ferè conveniunt glossaria vetera H. Stephani, quando basium interpretantur *φίλημα ἐρωτικόν*. Et *φιλῆτιν*, basiatorem, amatorem. At suavium (quod à suavitate quidam dictum volunt, alii tamen suavium scribunt) *φίλημα ἐταιρικόν*. Consentit etiam Servius ad illa 1. *Aeneid.*

*Olli subridens hominum sator atque Deorum,  
Vultum quo caelum tempestatesque serenat,  
Oscula libavit nata)* Sciendum est, inquit,

Osculum religionis esse: suavium voluptatis. Ut alibi: Summaque per galeam delibans oscula. Et Terentius: O Thais mea, meum suavium, &c. Sed hoc discrimen fere negligitur & promiscue haec omnia uno

uno osculi verbo denotantur C. Rittersh.  
in part. feud. lib. 2. cap. 5. q. 95. pag. 439.

Verbis hisce simplicibus unam atque alteram in hoc osculorum lusu probatis auctoribus usitatam Phrasin subjungo, de quarum vi & genuina interpretatione non usque quaque inter doctos convenit. Ut quando Pater Latinitatis Plautus *Curcul.* act. 1. sc. 3. sub Persona Planesii ad Phaedrum: Tene etiam, ait, priusquam hinc abeo savium &c. ubi Lambinus minus latinum censet, suavius tenere, reponit ergo, tollere: Quod vice versa præ altero mentum rus, imo pus videtur Taubmanno, suam sententiam suffragio Pistoris confirmanti, qui savium tenere osculum accipere, non osculari interpretatur. Quamquam inter dare sive ferre savium & accipere re ipsa parum interesse videatur seculi nostri Martiali Io. Oweno, qui ita in *Phyllida* ludit: lib. 1. ep. 25.

*Bassa Phylli aliis dare non vis: at data sumis:  
Nimirum scis hac accipiendo dari:*

Alter Plauti locus in milite *glor. act. 2. sc. 1.* Itaque hic meretrices labiis dum ducunt eum, Majorem partem videas valgis suaviis &c. magis torsit Latinitatis vindices. Plerique inter quos Scaliger, Douza & Gruterus, Comicum suavia pro ore posuisse volunt, quod Poetis haud est infrequens

Plauto Rudent. *act.* 2. *sc.* 4. Tum quæ indoles in suavio est. Virgilio in Jamb. Osculæ que lambis suaviis, id est, more canum, qui aliquid ligurierunt, labra etiamnum lambis. Gellio *lib.* 19. *noct.* c. 11. Dum semihuleo suavio: Meum puellum suavior. Turnebus *lib.* 7. *adv.* c. 6. *lib.* 1. c. 18. quem sequitur Lambinus, Plautum ita accipit, q. d. Meretrices dum Gloriosum militem ductabant atque captabant, per illusionem inter Osculandum os obtersisse, valgumque reddidisse, cum ex animo non basiantes atque ludificantes. Quod osculi genus Græci *φιλήμα* vocant. Helychius *φιλήματι ποῖον σκολιδόν*. Quæ Lambini & Turnebi sententia non probatur Jano Douze *lib.* *præcid.* c. 12. qui Plautum non de valgis inter basiandum militem à meretricum turba per irrisum conformatis, sed de valsticis sannis intelligit sine basiatione: quibus fastidiosæ illæ militem absentem seu præsentem etiam, sed adversum tamen, atque à tergo illudebant. Ita ut suaviis subsannare nihil aliud sit, quam labiis ductare. Peculiaris vero est Acidalii interpretatio, qui laudat quidem suavia pro labiis accipi: recte item ductationem labiorum pro contumeliosa non basiatione: sed minus recte valgasuavia pro ipsa oris inter subsannandum ob-  
tortione haberi autumat. Quin hanc esse  
Plauti



Plauti mentem : iude adeo quod meretrices militem gloriosum assidue labiis ductaverint, valga suavia sive ora prave distorta eas sibi fecisse, ut maxima earum pars ex contemnifica ista obtortione jam valga suavia gerat. Eadem phrasi utitur etiam Petronius, quando ait: Quartilla commovebat valgiter labra & me tanquam furtivis osculis (Turnebus legit oculis) subinde verberabat. Hæc fere habeo à F. Taubmanno, cui hoc didactron laudis libenter persolvo : ingenui quippe viri est fateri per quem profeceris, Plinio monente. Lectoris erit arbitrii, cui harum conjecturarum album velit adjicere calculum.

## S E C T I O II.

Osculorum alia sunt divina, sive religiosa, alia humana. Ad divina referre locum placet Psalmistæ: *Psal. 2. v. 10. 11. & 12.* Et nunc Reges intelligite: erudimini qui judicatis terram, servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, Apprehendite disciplinam, OSCULAMINI FILIUM. Quorum verborum verum procul dubio intellectum acceptum referto insigni Theologo Joanni Gerardo, qui cum *in tr. de mag. pol. membr. 1. n. 166. p. 812. ad asserendum*, Ad magistratum pertinere curam religionis: primo adduxisset mandatum di-

vinum de Jure Regis. *Deute.* 17. v. 18. Postquam sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine: accipiens exemplar à sacerdotibus Leviticæ tribus. Et habebit secum legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum DEUM suum, & custodire verba & cæmonias ejus, quæ in lege præcepta sunt. Eique superiora verba Regis Davidis conjunxisset: hanc cum suam, tum aliorum Theologorum subjicit exegefin: Particula & nunc, hanc cohortationem ad Reges factam eo modo connectit, quod considerata Regni Christi divina stabilitone & confirmatione non debeant conatu proflus irrito & frustraneo illud amplius oppugnare, sed Evangelium hujus Regni amplecti, doctrinæ Christi in suis regnis & provinciis locum dare, ejus propagationem promoveri, & hac ratione filium osculari. *Petr. Galatin. lib. 3. de Arcan. Cathol. verit. c. 6.* ex Midras Tehillim talem affert expositionem: Quid sonat illud osculamini filium? Simile est cuidam Regi, qui contra filios seu incolas civitatis indignatus est. Iverunt ergo cives & supplices facti Filio Regis, petiverunt, ut sua intercessione patrem sibi reconciliaret. Abiit filius & placavit subditis patrem suum. Accesserunt postea cives regem sibi reconciliatum, ut gratias agerent

rent: Quibus Rex dixit: Mihi ne gratias age-  
 ris? Quin abite potius & filio gratias agite,  
 cujus intercessione vitam & omnia vestra  
 debetis, nisi enim ille medius intervenisset,  
 actum de vobis esset. Sanctes Pagnin. in  
 Lexico allegat verba R. Aben Ezra: Ser-  
 vite Domino respectu domini, osculamini  
 filium respectu Messia. Et addit in India  
 morem fuisse, ut subditi Regem deoscula-  
 rentur: Sicut & Samuel Saulum Regem  
 noviter electum deosculatur. 1. Sam. 10.  
 v. 1. Quod apud nos quoque hodie in confe-  
 rendis dignitatibus usu venit. Nam Archie-  
 piscopus Regem Romanorum osculatur,  
 Proceribus idem facientibus. *Sleidan. de*  
*stat. relig. lib. 19. p. 348.* Nec non in crea-  
 tione doctorum inter ceremonias & ritus  
 solennes numeratur, Cathedra, biretum,  
 liber, annulus, benedictio, osculum, *ut not*  
*xl. ad Clement. de magistr.* Quorum quæ-  
 dam, nempe Cathedram, librum, biretum,  
 annulum aureum dicunt Dd. substantialia  
 & necessaria & quæ omitti non possint. Sed  
 ait-additionator ad Guid. Pap. q. 288. *de*  
*Advocat. & Dd.* quod traditio annuli,  
 Osculum & benedictio, non sunt de sub-  
 stantia: quia, ut inquit Dn. Baldus, mulie-  
 res osculantur, desponsantur & benedicun-  
 tur, & tamen non doctorantur. *Thom.*  
*Lans. comment. de Acad. Lic. M. p. 71. Ge-*  
*nes. 41.*

nes. 4<sup>r</sup>. v. 40. Super os tuum osculabitur  
 omnis populus. LXX. ὅπαν ἔσεται. Hieron.  
 ad Tuioris imperium cunctus populus obe-  
 diet. Quando igitur Reges jubentur osculati  
 filium, intelligitur non tam osculum amo-  
 ris, quam honoris, reverentiæ, subjectio-  
 nis, quod hinc Regi sua sceptrâ submittere,  
 ipsique servire, & potestatem divinitus acc-  
 ptam ad regni hujus propagationem & defen-  
 sionem convertere debeant. Drus. in comment.  
 ad difficil. loca Genes. c. 118. p. 139. vid. eund.  
 lib. 2. obs. c. 16. & cent. 1. miscel. c. 60. In-  
 ter genera osculorum, quæ recensent He-  
 bræi, est osculum dignitatis seu magnitudi-  
 nis. Tanchuma 23. 4. ut cum Regem recens  
 creatum osculo recipimus & admittimus,  
 eique homagium præstamus, de quo intelli-  
 gendum illud Ps. 2. v. 12. Osculamini fi-  
 lium. Atque ita versiculum istum etiam  
 Cl. Marotus. in paraphrasi sua reddidit.

*Faites hommage au Fils qu'il vous en voye,  
 Que courroucé ne soit amerement.*

Sic ergo Dn. Gerhardus concludit: Si Re-  
 ges & Judices, quatenus tales, domino ser-  
 vite ac filium osculari jubentur, utique etiam  
 illis cura religionis incumbit. Quomo-  
 do enim Christo sua potestate & officii ad-  
 ministratione servirent, si in religionis ne-  
 gotio quod agerent non haberent? Tunc  
 veto Christo serviunt, ipsumque osculan-  
 tur,

tur, si non ipsi solum doctrinam Christi recipiunt & fide amplectuntur, sed & potestate divinitus sibi data hoc efficiunt, ut puritas doctrinae in Ecclesia conservetur, idololatriae & falsi cultus aboleantur, lupi ab ovili dominico arceantur, ministri Ecclesiae commode alantur, &c.

Secundo sacri osculi vestigium est apud S. Hiobum, qui: Si vidi, inquit, solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & osculatus sum manum meam ore meo: id est, si solem aut Lunam adoravi. Nam ut Hieron. ad Rufinum scribit: Qui adorant, solent deosculari manum & capita submittere. D. Lutherus Phraasis illas Hebraicas ita explicat: Videre solem: Wann mirs glücklich sig gieng/ hab ich nicht meine freude darinnen gehabt. Osculari manum: heist sein eigen Werck preisen/ welchs allein Gott zugehöret. Adorationi vero osculatio manum expresse jungitur 3 Reg. 12. v. 18. Ubi Dominus: Derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal, & omne os quod non adoravit eum, osculans manum. Quae non adoravit eum, osculans manum. Quae fere verba repetuntur ab Apostolo ad Rom. 11, 4. Praeterea mysticum osculum exprimitur in Cantic. Cant. c. 1. Osculetur me osculo

osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vi-  
 no. *Etc.* 8. Quis mihi det Te fratrem meum  
 sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te  
 solum foris, & deosculer te, etiam me nemo  
 despiciat. Cujus uberio rem explicationem  
 Theologis relinquo. De manuarum adoratio-  
 ne, de qua supra, Lipsius notat, eam non sim-  
 plicem aut rudem omnino fuisse, sed certa  
 quadam conformatione & gestu, allegans  
 auctoritatem Apuleii *lib. 5.* Miles in Psyche:  
 Multi denique civium & advenæ copiosi, in-  
 accessæ formositatis admiratione stupidi, &  
 admoventes oribus suis dextras, primore di-  
 gito in erectum pollicem residente, ut ipsam  
 prorsum Deam Venerem religiosis adoratio-  
 nibus venerabantur. Qui quidem gestus ni-  
 hilabit ab Hesperiorum ritu hodie, qui ex  
 pollice & indice quasi crucem formantes eam  
 in adoratione & templis deosculantur. Ex-  
 cepto quod isti pollicem indici imponunt,  
 Romani contra. Præter osculationem illam  
 manuum alii etiam paganorum fuere sacri ri-  
 tus. Nam & os Diis venerabundi osculaban-  
 tur, & manus & pedes. De ore Cicero in  
*Verrem lib. 5.* Ibi ex ære simulacrum ipsius  
 Herculis, quo non facile dixerim me quid-  
 quam vidisse pulcrius, usque eo Judices, ut  
 rictum ejus ac mentum paullo sit attritius:  
 quod in precibus ac orationibus non solum id  
 venerari, sed etiam osculari solent. Quæ ta-  
 men

Deorum osculandi ora Ethni-  
 tis rara, & recepti magis cultus demissiores,  
 oscularentur Deorum vel dextras, vel pe-  
 des, ut ex Lucretio & Apuleio luculenter  
 probat Justus Lipsius *lib. 2. Elect. c. 6.* Illi  
 vero qui verebantur Deos ipsos ore suo  
 profano tangere, eminus stantes manum  
 porrigebant, eamque statim verenter ad os  
 suum referebant & suaviabantur. Cujus ri-  
 tus frequens apud Plinium, Minutium Fe-  
 licem, Apuleium, Tacitum, Suetonium,  
 Martialem aliosque melioris notæ scripto-  
 res mentio est. In calamitatibus vero & re-  
 bus actis oscula liminibus etiam templo-  
 rum data, postibus & agris: de qua super-  
 stitione plura apud Lipsium sæpe laudatum,  
 & Turnebum *lib. 12. adv. c. 4. p. 382.*  
 Quibus addo osculum terræ ex Plutarcho in  
 Anton: ubi milites Antoniani postquam  
 Araxen fluvium tuto superarunt, & in Ar-  
 menia pedem posuerunt, ibi vero tanquam  
 mari terram eam primum conspexissent,  
 osculati solum præ gaudio sunt, & ad lacry-  
 mas mutuosque complexus versi. Notaque  
 est historia fratrum, qui cum ab Oraculo  
 responsum accepissent, eum patri in impe-  
 rio successurum, qui Matrem communem  
 primus osculaturus esset, nato eorum mi-  
 nimus confestim vi & mente Oraculi intel-  
 lecta Terram omnium matrem osculatur,  
 astu-

astutiaque sua fratribus paternum regnum eripit. Addo etiam oscula religiola sive quæ mortuis dabantur. Sic Joseph ruit super faciem patris mortui, fleus & deosculans eum. *Genes. 50. v. 1.* Sic Cleopatra tumulum Antonii coronavit ac deosculata est, *Plut. in Ant. p. 166.* Pars militum vulnus Imperatoris Othonis deosculati sunt in cadaver incumbentes, pars manus attigerunt, nonnulli facibus in rogam conjectis seipsum jugulaverunt, teste eod. *Plut. in Othon. p. 353.* Qui & alibi de Panteo refert, in *Cleom. p. 210.* cum forma præstantem omnibus & ad disciplinam juvenum aptissimum, Cleomenem Regem amasti loco habuisse, ac tum jussisse ita demum mori, ubi se & reliquos defunctos videret. Ergo jam omnibus jacentibus circumiens Panteus, pugione singulos attigit, explorans an quis forte lateret vivens. Cum Cleomenes propè talum ab eo ictus vultum obvertisset, osculatus cum juxta assedit: jamque exanimatum amplexus, seipsum jugulavit. O præclaram amicitiam, quæ non in secundis modò, sed adversis etiam vera, constans & ad mortem usque perpetua fuit! Cui quam comparem non facile habeo, nisi fortetrium Angelorum, qui cum Gallicam peregrinationem simul ingressi essent, & fidelitatem mutuamque auxilium conjuras-

sent,



lent, Iustrato sine ductore Molinii horto  
 Regio (in quo pons ita est fabricatus, ut nisi  
 clavo ferreo muniatur, qui illo incedunt, in  
 subjectas undas decidant) duobus ex ipsis  
 id evenit, quod cum tertius cerneret, ne  
 non omnis fortunæ comes esset, ultro se-  
 curus in easdem aquas valde lutas profi-  
 hit. *Jod. Sincer. itin. Gall. p. 116.* Constan-  
 tinum Magn. legimus beatorum Marty-  
 rum vulnera & cicatrices, quas sub Maxi-  
 mini tyrannide acceperant, osculi devorione  
 affecisse, apud *Euseb. de vit. Const. lib. 1.*  
*c. 4.* Proinde Christi etiam vulnera, quæ  
 illustriora & & splendidiora sunt solis radiis  
 osculari nos jubet ex *Joh. Chryso. Joach. Beust.*  
*in expl. Evang. Domin. Quasimodog.* Satis de  
 priori osculorum genere.

### SECTIO III.

Inter oscula humana primo loco, est Os-  
 culatio pedum Pontificis Romani. Ita enim  
 habet formula ceremoniarum Papalium:  
 Nemini omnino mortalium Papa reveren-  
 tiam facit, assurgendo manifeste, aut caput  
 inclinando seu detegendo, tantum Roma-  
 norum Imperatori, postquam illum sedens  
 ad osculum pedis & manus suscepit, ali-  
 quantum assurgit, adque osculum mutuo  
 caritatis amplexu illum benigne recipit.  
 Item

Item : Omnes homines cujuscunque sint dignitatis & præminentia, ut primum in conspectum Papæ veniunt, distantibus spatiis, ter debent ante illum genua flectere & ejus pedes osculari, *Th. Lansf. in Or. pro Ital. p. 696. & 698. & in orat. contr. Ital. p. 754.* Cujus honoris fundum Papicolarum in quodam sacratum literarum dicto ponunt : Vultu in terram demisso pulverem pedum tuorum lingent. Quod tamen non magis ad personam Pontificis Romani referri atque applicari potest, quam alia ejusdem generis, quibus ad hierarchiam suam probandam stabiliendamque scelerate abutuntur : Ceu sunt : Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, &c. Tu es illa petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. Dedit ei Dominus potestatem & regnum, & omnes populi inservient ei, potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus quod non corrumpetur, &c. Super aspidem & basiliscum incedes & conculcabis ora Leonum, *Cyr. Herdes. in Cynos. fur. Pontif. p. 5.* Quæ & similia dum Filius perditionis ad se trahit, quid aliud quam Psaphonis agit fabulam, & honorem, in cujus partem Deus neminem se admitturum juravit, divinum sibi adscribit & usurpat ? Neque quidquam ipsum juvat exemplum Christi *Luc. 7. v. 38.*

qui tu-

qui tulit, ut mulier, quæ erat in civitate peccatrix, sibi pedes primum fleus lacrymis rigaret, capillisque tergeret, ac deinde oscularetur. Nam hunc honorem non quasi ipse eo gauderet, admisit, sed hac occasione Pharisæum hospitem instruere de persona sua voluit, cui potestas esset remittendi peccata. Sic unctionis etiam honore se à Maria affici passus est, non sui causa, sed discipulorum, quibus passionis & mortis suæ memoriam ista extrema quasi unctione insinuare & reficere voluit, *Matth. 26. v. 6. Marc. 14. v. 3. Joan. 12. v. 2.* Quid quod si honor & reverentia ista Christo ut summo Pontifici & sacerdoti, magistro & Domino competiit, ut certe competiit: ergone fas erit vicario, qui audire vult, discipulo & Apostolo, eundem sibi ut vindicet? Christum legimus discipulis pedes lavisse in exemplum humilitatis: nullibi vero exstat, Christum vel se vel discipulos suos ab honore magistratibus, & cum primis mundi Monarchæ exhibendo exemisse. Hocine est vestigiis Petri, de cujus successione S. S. Patres tantopere gloriantur insistere? qui Cornelium Centurionem ad pedes prociudentem seque adorantem erexit. *Act. 10. v. 16.* Surge inquit, & ego ipse homo sum. O vocem memorabilem atque salutarem (exclamat Polydor. *Virgil. de rer. invent,*

vent. c. 13. lib. 4. (si bene multi hodie sese quoque homines tantum esse perpenderent, qui propterea quod sacerdotio præditi sint, plane se reliquorum mortalium, longe post hominum memoriam imperiosissimos dominos præbent, non communes patres ut fieri deberet! Tantum vero abest, ut osculatio illa pedum Pontificiorum mansuetudinem Christi sapiat, ut paganum potius sit institutum, & ab Ethnicorum Pontificibus petitum. Nam, ut Plutarchus testatur, sacerdotibus Romanis nec habere nec petere magistratum permittebatur, hictore tamen & sella curuli utebantur, ut iis delinuti ultra non quærent: in templis prope januam lecticam habebant, tanquam custodes & refugium, pedes iis reliqui osculabantur. Hujus diabolicæ Servi Servorum insolentiæ & superbiæ cum alia in Vaticano exstant monumenta, tum imprimis Caroli V. invictiss. Imper. quod ad posteritatis exsecrationem potius quam felicem memoriam in castello S. Angeli marmori incisum est.

*E Lybia advenit Romanas victor ad arces*

*Cesar, & in niveis aureus ivit equis.*

*Ille triumphavit, sed tu plus, Paule, triumphasti*

*Victor namque tuis oscula dat pedibus.*

Plat. in vit. Paul. 3. Servantissimos contra] dignitatis suæ legimus Bulionum & Wirtenbergensium Duces. Nam cum Bononia;

noniæ, Romæ, ac postremo Massiliæ Carolus V. Imp. Reges Francorum, ac Navarra, Duces Allobrogum, Florentinorum, Ferrariensium, maximus Magister Equitum sacrorum, cum infinita Principum ac nobilium multitudine pedes Pauli III. p. m. osculati essent, illi, quos supra nominavi Duces refractarios sese exhibuerunt, neque ad pedes Pontificios se prosternere atque abjicere voluerunt. Hicque honor non solum præsentibus exhibetur Pontificibus, sed absentibus etiam per literas. Quod vel ex Caroli IV. Imp. ad Innocentium V. tabulis patet, quibus scripsit, se quidem Imperatorem à Principibus designatum, sed à Pontifice Romano suam creationem stabiliri & confirmari, coronam etiam Imperialem inde accipi oportere: quantum principium est: Post pedum osculationum. Quæ verba, si fides est Bodino lib. 1. de rep. c. 2. p. 246. in omnibus imperatorum ad Romanum Pontificem literis jam inde à Ludovico Bavaro ad hæc usque tempora repetita sunt. Subscriptio vero literarum Imperatoris est hujusmodi: Ego manus ac pedes vestræ Sanctitatis deosculor.

## SECTIO IV.

Multo modestiores Principes & Reges regimus, qui cives honestiores osculis frequen-

quenter impertiti sunt. S. Sulpitius Galba  
 Icelum concubinum & libertum suum de  
 Neronis exitu nunciantem arctissimis oscu-  
 lis palam excepit, *Sueton. in Galb. c. 22.*  
 Salvius Ottho mane Galbam salutavit, ut  
 que consueverat osculo exceptus etiam sacri-  
 ficanti interfuit. Idem *in Salv. c. 6.* am-  
 plexuque & osculo dimisit amicos suos,  
*ibid. c. 10.* Ab eadem comitate Plinius in  
*paneg.* laudat Trajanum: Gratum erat con-  
 ctis, quod Senatuum osculo exciperes, sicut  
 dimissus osculo fueras. Alexander quoque  
 Magnus supplices amplexu & osculo digna-  
 tus est. *Bodin. l. 1. de rep. c. 9. p. 150.*  
 eodemque modo Absalonem favorem popu-  
 li sibi conciliasse, cum patrium ambitet re-  
 gnum, sacra refert historia 2 *Sam. 15. v. 5.*  
 Et David Rex Barzellai Gileaditam (cujus  
 amplitudo & erga Davidem Regem exulem  
 beneficentia cum in libris Samuelis, tum  
 apud Efram & Nehemiam egregie com-  
 mendatur 2 *Sam. 19. v. 39. Esr. 2. v. 16.*  
*Nehem. 7. v. 63.*) nec non Fridericus I. co-  
 gnominis Barbarossa legatos Adriani Pontifi-  
 cis isto honore excepisse legitur apud Gon-  
 ther. *lib. 7. v. 191.*

*Protinus optata presentibus oscula pacis  
 Dulciter impendens Papae Cleroque salutem  
 Innuit & latos à se dimittit in urbem.*

Austerus

Austerus contra Nero, qui inter alias odii erga Senatum Romanum significationes hanc etiam dedit, quod neque adveniens neque proficiscens quemquam osculo impertivit, ac ne resalutatione quidem teste Suetonio in Ner. c. 37. Quamquam erga alios videtur paulo fuisse benignior: Tiridati quippe Armeniae Regi suis genibus advoluto, manumque prehensum & erecto osculum infixit, tiaram de capite detraxit, eique diadema circum imposuit, postremo ad dextram sedere iussit. *Bodin. lib. 1. de rep. c. 9. p. 151.* Numidae Regum alia erat ratio, qui more gentis suae nemini mortali osculum ferebant. Quidquid n. in excelsis fastigio positum est, humili & trita consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse convenit. *Val. Max. lib. 2. c. 1. in fin.* Ita tamen Princeps mores suos temperate potest & debet, ne quod rarissimum est, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem deminuat. *Tacit. in Agric.* Tales ergo Principes erga cives & subditos sese exhibuerunt.

## SECTIO V.

Subditi vere eos vicissim manuum & pedum osculatione honoraverunt. De Catione scribit Plutarchus: Postquam finit

Catonis militia, non votis neque laudationibus, quod tralaritium est, cum dimiseret, sed cum lacrymis multis & complexibus, vestes pedibus ejus substernentes qua incederet, & manus ejus deosculantes, quae paucis omnino Imperatorum ejus aevi Romani tribuebant. *Tacit. 1. histor.* Ruere cuncti in castra, laudare militum judicium, exosculari Othonis manum. *Et 15. Annal.* Agere grates diis, genua ipsius advolvi, & dextram osculis fatigare. *Suetonius in Tib. c. 72. p. 218.* Chariclem Medicum, quod manum sibi osculandi causa apprehendisset, existimans tentatas ab eo venas sibi, remanere ac recumbere hortatus est, coenamque protraxit. Elisabetham Angliae Reginam moris erat flexis genibus alloqui, quorum supplicium aliquos interdum manu elevabat, & dextram chirotheca detracta annulis & lapidibus pretiosissimis splendentem porrigebat: Quod clementiae signum suo tempore Guilielmo Salvata, L. B. Bohemo exhibitum esse, testatur P. Hentzner. *IC. itin. p. 130.* Et quam plurimis gentis nostrae, qui Majestatem Jacobi M. ejusdem heroicæ indolis filii Caroli, Walliae Principis, venerabundi Anglicam peregrinationem subierunt, contigisse memini.



## SECTIO VI.

Originem osculationis manuum Plutarchus quidem ad militiam referre videtur: eam tamen foro & blanditiis Candidatorum tribuit Just. Lipsius adducta auctoritate Senecæ *epist.* 110. Alius eorum manus osculis conterit, quibus designatus contingendam manum negaturus est, &c. Valer. de Scipione Nasica: Cum ædilitatem curulem adolescens peteret, manumque cujusdam rustico opere duratam, more candidatorum tenacius apprehendisset: joti gratiâ interrogavit eum, Num manibus solitus esset ambulare. Liceta, Martialis manuum osculum præferat osculo oris quando ait:

*Basia das aliis, aliis das Postume dextram,*

*Dicis, utram maus elige? Malo manum.*

Constat tamen ex Arriano *l. 2. dissert. c. 20.*

*Ἡξίωται δημοarchίας; πάντες οἱ ἀπαντῶντες*

*τινῆδονται ἄλλος τὰς ὀφθαλμὸς καταφιλεῖ, ἄλλος*

*τὸν τράχηλον, οἱ δ' ἄλλοι τὰς χεῖρας.* Sic &

apud Homerum *Odyss. π. p. 458.* Eumæus

Ulysses Telemachum reducem excipit:

*Κύσσε δέμιν κεφαλῆντε καὶ ἄμφω φάεα*

*καλὰ,*

*Χεῖράς τ' ἄμφοτέρας.*

Ubi præterea nota, moris fuisse oculos oscu-

ari: Quod amplius patet ex *Odyss. 5.*

p. 486. ubi Telemachus à Penelope matre  
& universa Ulyssis familia excipitur. Antequam vero à manuum osculo longius abeam, digna venit notatu phrasis elegans, ad manum accedere: quæ exstat apud Flav. Vobiscum in Aureliano. Post hæc Valeriani dicta surrexit Aurelianus, atque ad manus accessit, agens gratias militaribus verbis. Et apud Jul. Capitolin in Maximino: Fuit Maximinus sub homine impurissimo tantum honore præditus Tribunatus, sed nunquam ad manum ejus accessit, nunquam illum salutavit. Æque notanda est forma manus osculandæ, quæ ut Plin. lib. II. scribit, osculis averfa appetitur.

## S E C T. VII.

Osculum genuum vel pedum quod attinget, Pomponius Lætus affirmat, Imperatores antea manus exosculandas nobilibus præbuisse, post suis manibus sublevasse ad oris osculum, vulgum genua exosculatum esse. Caius Cæsar potrexit ad osculandum finistrum pedem Pompejo Pæno, ut ita ostenderet socculum auratum, margaritisque distinctum. Senec. Diocletianus edito sanxit, uti omnes sine generis discrimine pedes sibi exoscularentur, quibus etiam vene-

generationem quandam adhibuit, exornans  
 calceamenta auro, gemmis & margaritis.  
 Maximus in salutationibus superbissimus  
 erat, & manum porrigebat, & genua sibi  
 osculari patiebatur, nonnunquam & pedes.  
 Boni tamen Principes ab hac salutatione  
 semper fuere alieni. Quo nomine lauda-  
 tur Trajanus, de quo Plinius: Non tu ci-  
 vium amplexus ad pedestuos deprimis, nec  
 osculum manu reddis. Nec non Æmilius  
 Paulus: nam Perseus Rex ab ipso victus  
 turpissimum, spectaculum exhibuit, in fa-  
 ciem concidens, manibusque genua Æmi-  
 lii tangens, vocesque & deprecationes ho-  
 mine ingenuo indignas proferens. Quas  
 ne audire quidem dignatus Æmilius, tristi-  
 cum vultu in hæc verba compellavit: Quid,  
 o miser, hæc agis, quibus crimine tua-  
 rum calamitatum fortunam liberas, & o-  
 stendis, non immerito tibi hæc accidisse,  
 neque non præsentis, sed prioris conditione  
 indignum fuisse? Quid victoriæ meæ lau-  
 dem imminuis, demonstrans, Te non  
 alti animi virum, neque dignum fuisse,  
 quem Romani adversarium suum habe-  
 rent! Virtus profecto hominis adversa  
 patientis etiam apud hostem, magnam sui  
 verecundiam excitat: timiditatem etiam, si  
 fortunata sit, Romani inhonestam censent.  
 inde à terra sublevatum, dextra salutavit,

*Plutarch. in Emil. p. 488. Item Pompejus Magn. in ejus vit. p. 400.* Posteaquam Tigranes ad Pompejum pervenit, cidarim capiti detractam ante pedes ejus deponere, seque (id quod erat turpissimum) ad genua ipsius provolvere intendit. Sed Pompejus prævertit, dextra eum arrepta ad se attrahens, ac juxta se, filium vero Tigranem ab altero latere collocans. Male è contrario audit Alex. M. quem Chares Mitylenæus narrat in convivio, cum bibisset, pateram cuidam amicorum porrexisset, eum accepisset, & ad focum adstitisset: cumque bibisset, primum adorasse regem, deinde osculum dedisse, atque ita assedisse: hoc omnes deinceps imitatos: Callisthenem vero accepta patera, rege non attendente, sed cum Hephæstione colloquente, bibisset, & ad regem osculandi causa accessisset: Demetrio autem, cui Phidonis cognomentum fuit, regem monente, ne osculum ei præberet, quod solus omnium non adorasset, ita Alexandrum ab osculo se retraxisset: Callisthenem magna voce dixisse, Unius itaque osculi jactura facta ab eo. Quo Callisthenes magnam apud Alex. sibi confluxit invidiam, seque in discrimen vitæ conjecit, ut videre est apud *Plut. in Alexand. p. 488.* Idque vilissimum osculi genus Justus Lipsius à Cajo natum putat,

purat  
 di π λ  
 π π ο ν  
 bo π  
 (not  
 matur  
 collig  
 sed d  
 tam.  
 bari  
 Marc  
 Engu  
 micis  
 vera  
 ricus  
 π π ο ν  
 hic p  
 bit in  
 accusa  
 quod  
 mens  
 ororu  
 rit,  
 surrex  
 utrun  
 tellige  
 ad El  
 ejus p  
 juxta

purat, qui ut Dio ait: ἐφίλει ὀλιγίστους, τοῖς  
 δὲ πλείοσις καὶ τῶν συμβουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα  
 ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ὄρεγε. Atque ex ver-  
 bo προσκυνεῖν, quod Latinis est adorare  
 (non ab ador, ut Grammatici volunt for-  
 matum, sed à manuum ad os admotione)  
 colligit, non os quidem admotum genibus,  
 sed dextram, eamque deinceps ad os rela-  
 tam. Quod Plutarchi auctoritate compro-  
 bari videtur in Marcello p. 563. Nicias  
 Marcelli manus & genua tangens pro civibus  
 Enguinis, ac primo quidem loco pro ini-  
 micis suis deprecatus est. Quamquam re-  
 vera etiam pedes osculo affectos idem histo-  
 ricus doceat: πομπόνιος Σεκῆνδος τότε ὑπα-  
 τῶν παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτῆ καθήμενος, ἐπι-  
 κῆπτων συνεχῶς αὐτῆς ἐφίλει. Illud etiam  
 huic pertinere videtur, quod Plutarchus scri-  
 bit in Anton. p. 151. Calvisium Cæsaris in  
 accusando Antonio socium ipsi objecisse,  
 quod γυναικοκρατέμενος fuerit, quod Perga-  
 mensem bibliothecam, in qua ducenta li-  
 brorum millia erant, Cleopatraz dono dede-  
 rit, quod in convivio multis presentibus as-  
 surrexerit, & pedes ei ex pacto triverit.  
 Utrum vero de osculatione genuum sit in-  
 telligendum, quod vidua Sunamitis, cum  
 ad Elisæum in montem Carmeli venisset,  
 ejus pedes apprehendit, 4 Reg. 4. v. 27.  
 juxta veterum formulam A. Q.

## SECTIO VIII.

Porro servilia ista manuum pedumque oscula in creberrimo apud Italos, Gallos & Hispanos sunt usu, quos non solum in Anglia publice in comœdiis exagitari vidi, sed falsè eisdem etiam ridet Antonius Guevara, ipse Hispanus, Carolo V. Imperatori à concionibus, in ep. quadam ad Franciscum de Mendoza, Episcopum Palentiae, quæ cum in paucorum sit manibus, hic eam inserere non putavi alienum. Et exstat in aureis ep. tom. 1. p. 180. & ita habet: Reverendæ dignitatis Vestræ literas, quibus se certiozem fieri petit, quomodo duo obviam sibi venientes se invicem salutare, vel discedentes sibi precari debeant, recte accipi. Rev. ergo dign. T. respondeo, non postremam esse morum elegantiam, si quis sciat quemque, ut metetur, revereri, & competentem cuique honorem exhibere, atque in omnibus talem se præbere, ne magis in caula, quam aula videatur educatus. Pari namque modo ut Aurifabrum commendat poculum elegans & artificiosè cælatum, Sacrificulum missæ celebratio, Sartorem vestis corpori probe congruens: Ita aulicum decet esse moribus politum & humanum. Primum ergo quod salutandi morem attinet, non habeo quidquam certi dicere, multo mi-

to minus statuere. Ejusmodi namque ceremoniæ non ex libris hauriuntur, sed potius à cujusque loci pendent consuetudine atque usu. Nihilominus tamen minus morem tibi geram referamque mores, cum veteres tum nostros. Liberum erit Rev. T. D. sequi vel id quod scripsero, vel quod ipsi maxime visum fuerit decorum.

Idumæi si in plateis sibi occurrebant, his sese conceptis verbis salutabant: Dominus vobiscum. Hebræi: Ave mi frater. Sophistæ Græci: Avete omnes. Thebani & Romani: Salus sit vobis. Carthaginenses non verbis sed osculo benevolentiam erga obvios declarant. Similiter Turci non salutem verbis impertiunt, sed in congressu humeros, in digressu genua osculantur. In Italia solennia verba sunt: Bonne matine, bonne nocte. Et: me recomando. Valentiniæ usitata sunt: ben seao ben guth mon Sonor. Et: à deo xeo. Cai alter respondet: Anao en bon hora. Catalognæ recepta sunt: Ben sea attribat. In Castilia: Dio mantenga: Vel: Mantenga os dios. Vel en hora buena vays. vel: Dios os guarde. vel: dios sea con vos. vel: queda à Dios. vel: andat con dios.

Singulæ hæ salutandi formulæ usu receptæ sunt inter rusticos & plebeios, non æque inter aulicos & homines delicatos,

Stylus namque & mos Hispanorum : nec non Gallorum & Italarum fert, ut quis alteri dicat: Beso las manos de Vuestra merced. Item: besolos pies de Vuestra senoria.

*Alii dicunt: Yo soy sieruo y esclauo perpetuo de Vuestra casa.*

Si quid mei hic est iudicii, puto auctorem hujus reuerentiæ & simulatæ demissionis fuisse hominem abjectum, omnisque urbanitatis expertem: Nam alterius osculari manum non est volupe, pedes vero osculari etiam turpe. Manibus emunguntur nares, scabiei pruritus pellitur, cetera me proferre pudet. Quo ad pedes notum est, eos à sudore foetere, unguis raro præsecari, eosque verrucis atque immunditiæ scaterere. Ita ut ego quidem malim assam ovinam comedere, quam manus vel pedes thraſonis aulici osculari. In ea omnino sum sententia, in aulis principum plures esse, qui etiamsi ad oscula pedum manuumve sese abjiciant, eos non potius præcidere vel corpus fustibus contundere malint. Ut vir bonus erga alium hisce utatur verbis: Ero à seruitiis vestris: Jube, impera, quod vis: De meliori nota me tibi commendo: Fiet à me, quod tibi fieri velis vel nolis: honestati congruit. Verum osculari velle manus vel pedes, rus redolet & agrum. Pedum enim osculi honor Pontificiæ Sanctitati, manuum verosacerdoti competit.

Si



Si Christianorum εὐχθείαν imitari velimus, cum Christo dicere debemus: Pax vobis: Pax huic domui. Impudentissimum quippe est, & à Christi doctrina quam maxime alienum, ut quis alterius manibus vel pedibus oscula figat.

Coronidis ergo dico, me quidem fugere, quis, quo tempore, quo loco & quam ob causam manuum pedumque osculationem introduxerit: Omnino vero statuo, quemadmodum in ducendis choreis posterior priorem sequitur, ita fieri potest, ut cuidam verbum hoc per jocum exciderit, quod alius tanquam serium arripuit: Indeque in morem fere non illaudabilem abiit & huc usque receptum est. Haecenus Guevara, qui verissime hunc adulatorium morem vocat, & ab animo ad inserviendum parato quam maxime alienum. Quod suo saepe malo illi, qui exoticas perlustrant terras, & hac se assentatione capi patiuntur, sentiunt. Captatores potius habent numorum quam fideles amicos. & serviteurs de la bourse, point de l'homme. Utinam vero hi Judaei posteri extra limites tantum Imperii se continerent. Sed.

— candor ubique

Exulat, & gelido est rarior igne fides.  
De simulatis & fictis hisce osculis scribit B.  
Augustinus in c. Non omnis. 5. p. 5. Meliora  
esse

esse vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. Melius esse cum severitate diligere, quam lenitate decipere. Porro quod Guevara manus osculum Sacerdoti ait convenire, hoc iterum pontificii à paganis petierunt. Quod Apuleius testatur lib. asin. sui secundo, ubi cum de Propheta Ægyptio meminit, ait: Et cum dicto juvenem quendam linteis amiculis intectum, pedesque palmeis baxeis indutum adusque derafo capite producit in medium, hujus diu manus deosculatus. &c.

Præter superiora osculorum genera adhuc tria restant, Osculum propinquorum, Osculum officii, Osculum amoris sive suavi-um. De quib. hoc ordine deinceps.

### SECTIO IX.

Quanquam de osculo propinquorum Benedictus Papa in c. *Leg. divinae*. 17. q. 2. rescripsit: Si cujus soror defuncta simplicibus verbis alicui desponsata fuerit, hoc impedimento non esse, quo minus is sororem superstitem matrimonio sibi jungere possit, etiamsi osculum intercesserit: Osculum enim nullam parit propinquitatem, quia nullam facit sanguinis commistionem. In jure tamen civili osculum hoc operatur, ut si sponsus sponsæ osculum tulerit, au-geatur jus sponsalium, & non tam pro spon-sa ha-

la ha  
conf  
6. C  
sæ d  
rias  
diam  
tem  
defun  
& qu  
stare  
vero  
spon  
& do  
tui. C  
inter  
(quod  
& an  
gerit  
tricen  
nator  
Hacte  
  
A q  
terpre  
illis p  
si: ca  
quæda  
adulter  
Hacqu

la habeatur, quam pro vera uxore. Ita enim constituit Constantinus Imp. in *l. si à sponso* 6. C. de don. ant. nupt. si à sponso rebus sponsæ donatis interveniente osculo, autè nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere, dimidiam ad defuncti vel defunctæ hæredes, cujlibet gradus sint, & quocunque jure successerint, ut donatio stare pro parte dimidia videatur. Osculo vero non interveniente sive sponus sive sponsa obierit, totam infirmari donationem & donatori sponso vel hæredibus ejus restitui. Quod si sponsa interveniente vel non interveniente osculo, donationis titulo (quod raro accidit) fuerit sponso largita, & ante nuptias hunc vel illam mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam, sive ejus successores, donatorum rerum dominium transferatur. Hactenus constitutio Constantini.

## SECTIO X.

A qua non divellam, quid juris nostri Interpretes de osculis sentiant. Habentur ab illis præparatoria rei venereæ & arrha quasi: eaque propter ab Angelo Icto libidinis quædam anticœnia, ab aliis proemium adulterii vel promulsis Veneris appellantur. Hæcque ratione & fundamento plurimæ nuntur

tuntur Ictorum decisiones: Quod vasal-  
 lus feudum amittit, si uxorem Domini sui  
 turpiter oscularus fuerit. *Menoch. de arbi-  
 tr. Jud. qq. lib. 2. cent. 3. cas. 267.* Quod Ma-  
 iculus pœna judicis arbitraria puniendus est,  
 si feminam turpiter fuerit oscularus, ut de-  
 cisum est in consilio Neapol. *Matth. de Af-  
 fuct. decis. 276. Grammat. cons. 48. incip.*  
*In causa Christophori Menoch. cas. 287. n.*  
*2. 3. 4. & seqq. Clarus q. 88. §. ult. Alibus.*  
*dicatol. lib. 1. c. 124. n. 19. & cap. seq. n. 32.*  
 Quod mulier quæ se dedisculari passa est,  
 propter osculum dotem perdit, non secus  
 ac propter commissum adulterium ut con-  
 sentientibus Dd. votis traditum est, *Cagnol.*  
*in Rubr. C. de eden. n. 28. & ibi Bellon.*  
*59. cum. mult. seqq. Covarruv. in tr. de ma-*  
*trim. in 2. part. c. 7. §. 6. n. 3. Menoch. de cas.*  
*287. 8. 6. lib. 5. præf. 41: Quamvis contra-*  
*& limitetur à Fatinac. q. 136. n. 129. & Al-*  
*cito lib. 4. parerg. c. 10* Si nimirum ex aliis  
 conjecturis adulterium convinceretur, &  
 ex qualitate loci, temporis, personæ haud-  
 quaquam sterisse mulierem intra fines oscu-  
 li præsumeretur. c. *litteras de præsumpt.* Vel  
 si ex genere suavii intenderetur conjectura  
 criminis, quale illud est quod *καταγλώττισ-*  
*μα* Aristophanes vocat, justam Zelotypis  
 repudiq̄ causam illud daret. *70. Lup. in rubr.*

de don. inter vir. & ux. chart. 48. col. 1. Et  
 Jo. Nevixant. in sylv. nupt. lib. 4. p. 324. n.  
 76. ubi ait, esse quidem plures, qui semper  
 capiunt in meliorem partem, si aliquid vi-  
 deant vel tangant. Nam tactus quandoque  
 fallax. Dodus contra strigas chart. 26. Et  
 si vident aliquem uxorem suam in occulto  
 amplexantem, præsumitur quod det bene-  
 dictionem. Et si vident quod deosculetur,  
 præsumat quod faciat zelo caritatis. Alex.  
 4. vol. conf. 127. Visa inquisitione col. 3.  
 vers. & propterea. Sed à tali caritate, inquit,  
 libera nos Domine, quando sic secrete lo-  
 quuntur: ex quo non præsumuntur dicere  
 pater noster, quam sententiam ibidem plu-  
 rimis Dd. auctoritatibus confirmat, & no-  
 tat, eos qui tam patienter ferant oscula uxo-  
 rum, sua phrasi dici Viros bonos, qui in  
 L.L. Longobardorum dicuntur Argæ à  
 Græco ἀργός, quod significat ignavum, stu-  
 pidum, inertem ac segnem: & alio atque  
 alio nomine appellatur ab Anglis, Gallis &  
 Italis: de quibus Joan. Owen. l. 2. epig 38.  
 Cur Itali longe gravius quam Gallus & Anglus,  
 Uxorem lusus, oscula facta ferunt,  
 Bestia peior ave est, cui nupsit adultera conjux,  
 Italus est (a) quadrupes Gallus & Anglus (b) aves  
 Gallus & Anglus aves, quadrupes est Italus: ergo  
 Ex tribus his solus cornua fert Italus.

(a) Becco Cornuto. Hircus.

(b) Un Cocu. Gall. Angl. A Cuckold/cuculus.

Ex

Et lib. 1. ep. 163.

*Si quando sacra jura tori violaverit uxor*

*Cur gerit immeritus cornua vir? Caput est.*

Et lib. 1. ad Edoard. Noel. ep. 49.

*Si natura daret tibi cornua, tollere posses:*

*Quod tibi nupta dedit, tollere nemo potest.*

In ripa Thamesis suburbio Londinensi Rattlehv dicto, opposita, pernicem vidi ligneam, cum cornibus arietinis superius affixis: quæ vulgo significare dicuntur ita puniri eum, qui sciens & volens passus sit alium cum conjuge sua concumbere, tacite sic in adulterium consentiendo. In jure nostro feudali frequens est in hoc genere concubitandi verbum: cujus rationem reddit Rittersh. in part. lib. 2. c. 5. quia qui stuprum parare audet in personas conjunctas domino, is eum habet pro homine inerte, quasi qui pro capite habeat cucurbitam, & peponem loco cordis, ut est proverbium apud Tertull. lib. 4. advers. Marcion c. 40. five qui pepone magis insulsus sit, ut ait idem in lib. de anima: five qui dignus sit, qui cucurbitas pingat. Non ignoro tamen Alciatum legere cucuritare: quam lectionem confirmare videtur Io. Ovv. lib. 1. ep. 40.

*Induit uxoris pertæsus Cotta cucullum,*

*Ut mundo moriens exueret cuculum.*

Utinam verò nostra Germania careret subfessoribus alieni tori! Quod vitium non minus apud nos frequens est, quam apud

Na-

Nationes exoticas, viresque sumpsisse videtur vel à coactis matrimoniis, vel quod videmus decrepitos & exsolvendo debito maritali impares auctoritate, experientia, opibus Juvenculas à Parentibus extorquere, quæ postea ad fitim libidinis restringendam quamvis lacunam adeunt. Ita ut, prohi. scelus! multi matrimonium propterea tantum contrahunt, ut sub honestatis velo licentius scortentur, libidinibusque indulgeant. Cornuti nobis sunt *Harrey* / comparatione cum Gallo gallinaceo propterea facta, quod naturalium rerum scriptores in eo cum ætate salacitatem crescere, facultatem vero coeundi decrescere atque imminui tradunt: imo adeo natura Galli immutatur, ut quo ante à gallina discernebatur, id amittat, tandemque ova pariat: quod ut alii pro figmento habeant, ego tamen illa in duabus Virorum, in conquirendis naturæ raris atque arcanis studiosissimorum pariter atque sumptuosissimorum, pinacothecis oculis & manibus usurpavi: Basileæ apud Thomam Platerum mensis Nov. d. 37. Anno 1619. & Enckhusæ apud Bernardum Paludanum d. 17. Junii Anni superioris. Sic illi quoque genio suo indulgentes, & de facultatibus suis amplius quam in illis est sperantes; Coadjuutores nolentes volentes nanciscuntur, irrisione

risione potius digni quam commiseratione. Sed quo ab osculis delabor? Punienda quidem dixi Oscula lasciva & turpia: Nimum tamen severus & Zelotypus fuit Jacobus Tremulcius, Vice Dominus Regis Gallorum in ducatu Mediolanensi, qui Gallum quendam Susannam Tremulciam deosculantem securi percuti iussit. *Aegid. Boss. in tit. de extraord. crim. n. 3.* Necnon P. Mævius, qui in libertum gratum sibi animadvertit, quia eum nubilus jam ætatis filia suæ osculum dedisse cognoverat, præsertim cum non libidine sed errore lapsus videri posset. Ceterum amaritudine pœnæ teneris adhuc puellæ sensibus castitatis disciplinam ingenerari magni æstimavit. Eique tam tristi exemplo præcepit, ut non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera perferret. *Val. Maxim. lib. 6. c. 1. p. 345.* Ignoscendum quippe est juvenibus, vel mitius certè cum ipsis agendum, si quando juvenilis calor ita sit vehemens, ut difficile coarctari queat. Quod Pisistratum alioqui tyrannum fecisse scribit *Valer. Max. lib. 5. 1. p. 282.* Nam cum adolescens quidam amore filia ejus virginis accensus in publico obviam factam osculatus esset, hortante uxore, ut ab eo capitale supplicium sumeret, respondit: Si eos, qui nos amant interficiemus, quid iis faciemus, qui-



quibus odio sumus? *Joan. Navixant. d. loco*  
*n. 78.* juvenes basia virginum studiosè se-  
 stantes comparat Tantalò, qui ut est apud  
*Virgil. 6. Æneid.* habebat aquas usque ad  
 dentes, & tamen non poterat bibere, alle-  
*Præpos. in c. rursus qui Cler. vol. nov. col. 6.*  
 7. *fac. tex. in l. hi qui C. de Apostat.* Et  
 porro subjicit: Quicquid sit à Juvene &  
 cupido cædatur reddita virgo. *gl. in l. si ve-*  
*ro non remunerandi. §. si vero ff. mandat. Præ-*  
*pos. in c. commissum. col. 2. de spons.* Etiam si  
 promississet de non ab ea requirendo, nisi  
 à Zona supra; quoniam postea ei Zonam  
 poneret sub calcaneis, ne fidem frangeret.  
*Fulg. in l. 1. §. Sed quod meretrici. col. 1. ff.*  
*de cond. ob. turp. caus.*

## S E C T I O X I.

Verum è superiori diverticulo ad oscula  
 propinquorum redeundo: Primum Paren-  
 tes liberos suos osculabantur. Exemplo est  
 Patriarcha Jacobus, qui nepotes suos ex fi-  
 lio Joseph osculatus est. *Gen. 48. 7. 16.* Et  
 Laban ægre tulit non tam quod Jacob ge-  
 ner clanculum discesserit, quam quod pas-  
 sus non fuerit filios & filias suas osculari.  
*Genes. 31. v. 28.* Proindeque de nocte con-  
 surgens osculatus est filios & filias suas, &  
 benedixit illis & reversus est in locum suum.  
*Genes. 31. v. ult.* Philippus Macedo cum  
 Alexandrum cognomento Magnum spe-  
 ctas-

Etasset bucephalum intractabilem equum  
 frenasse atque compescuisse, præ lætitia  
 etiam illacrumasse commemoratur, caput-  
 que filii, cum ab equo descendisset, oscula-  
 tus dixisse: Ô nate, regnum tibi par quære,  
 Macedonia enim te non capit, *Plut. in*  
*Alex. p. 449.* C. I. Cæsar Pontificatum ma-  
 ximum petiit, non sine profundissima largi-  
 tione. In qua reputans magnitudinem æris  
 alieni, cum mane ad comitia descenderet,  
 prædixisse matri osculanti fertur, domum  
 se nisi Pontificem non reversurum *Suet. in*  
*Jul. Cas. p. 8.* Agehistrata in filii sui Agidis  
 Regis Spartanorum, à Leonida in carcere  
 strangulati cadaver incumbens, faciemque  
 deosculata est. *Plut. in Agide p. 191.* Cra-  
 tesiclea Mater Cleomenis cum Nepote suo  
 obses ad Ptolemæum in Ægyptum profe-  
 ctura, Cleomenem in fanum Neptuni for-  
 lum abduxit, ibique amplexu ejus & osculis  
 se saturavit. *Plut. Cleom. p. 208.* Recordor  
 hic miserabilis historix, & insignis *σοφῶν*  
 atque materni in liberos affectus exempli,  
 quod in hunc fere modum scribit *Peuceus*  
*lib. 5. Chron. p. 97.* Albertus Comes Provin-  
 cialis Turingix, Hæncrici optimi Patris de-  
 gener filius, cum ex Margaretha Friderici  
 II. filia suscepisset filios duos, Fridericum  
 & Ticemannum generosissimæ indolis ado-  
 lescentes, spreta conjugē nobilissimā exarsit  
 amore

amore pellicis tanto, ut etiam vitæ conjugis infidias struxerit, de quibus illa certissimis indicibus edocta ut cederet furoribus, & sceleri mariti & vitæ consuleret, hortantibus amicis prudentibus ac fidelibus, consilium cepit de fuga. Ostenditur adhuc locus in arce Iseunacensi, ubi non magna est altitudo à scopulo extra arcem ad fenestram, ex qua domina cum quinque comitibus dimissa fuit. Nocte cum migratura esset, priusquam à filiis discederet, aspidens ad lectulos & calamitatem suam deplorans, cum consiliarius senex & matronæ eam comitaturæ horrentur ut properaret, tandem valedictura filiis à quibus avellebatur invita, quod eorum pericula sciret non fore leviora suis, Fridericum natu majorem, lacrymis & ejulatu materni doloris magnitudinem ostendens, osculis crebris complexa, postremò mirabili animi motu genam ejus mordicus apprehendit ac læsit. Vulneris cicatricem Princeps quoad vixit, retinuit & cognomentum inde admorsu consecutus est. Nunquam animo meo hujus rei memoria subit, quin detester effrenatam non hominis, sed belluæ, non Principis, sed monstri & naturæ cathartica libidinem: E contrario verò movear pio erga filios matris affectu & tristis discessu, quæ ut Horatius canit lib. 1: od. 13. quasi  
furens

— — *furens*

*Impressit memorem dente labris notam.*

Liceat huic classi osculorum annumerare quod Suetonius in *Domit. c. 12. p. 446.* scribit: Eum Cænidii patris concubinæ ex Histria reversæ, osculumque ut assueverat offerenti, manum præbuisse.

## SECTIO XII.

Secundò Liberi parentes osculabantur: Isaac Patriacha à filio suo Jacobo petit, ut ad se accederet, seque oscularetur *Genes. 27. v. 27.* Nefas etiam duxit Elisæus Eliam sequi, venia non prius osculo à parentibus petita. *3. Reg. 19. v. 20.* Cum aliquando legatis audiendis vacaret Antigonus, Demetrius à venatione supervenit, utque jacula manu tenebat, ad patrem adiit, eumque osculatus juxta assedit. Tum Antigonus accepto responso jam discedentibus legatis alta voce, Hoc quoque, inquit, de nobis renunciate, ita nos invicem affectos esse. A qua narratione Plutarchus (in *Demetr. p. 67*) hanc pro more facit digressionem: Nimirum ostendens concordiam cum filio fidelem robur esse regni & potentia documentum. Adeo impatiens consortis est imperium, infidelitatisque & malevolentia plenum, ut gloriaretur potentia & ætate maximus successorum Alexandri,

dri, quod non metueret sibi à filio, sed cum ad se cum hasta venientem admitteret, &c. Et paulò post de iisdem p. 86. Ferunt Demetrio Lamiae apertè jam addicto Antigonom peregrè revertenti ac ipsum osculanti per risum dixisse: Lamiam, ô fili, osculari videris. Quæ haud est laudabilis in vitiis filii corrigendis patris lenitas. Memoriae proditum est, Æmylium Paulum, cum præfectus bello contra Perseum, splendidè ab universo populo domum esset deductus, filiolum Tertiam plorantem domi offendisse, eamque salutatam à patre, ac de causa tristitiæ interrogatam complexu osculoque patri reddito respondisse: Ne scis verò, mi pater, Perseum nostrum mortuum esse (loquebatur autem de catello, quem id nominis gerentem alebat) & respondisse Æmylium: Dii benè vortant mea filiola, accipio omen. *Plut. in Æmyl. mibi p. 477.*

## SECTIO XIII.

Tertiò osculum ferebant uxores viris peregrè advenientibus: ut Alcumena Amphiruoni *aët. 2. sc. 2.* Ecastor equidem certo heri hinc advenientem illicò & salutavi & valuisse ne usque exquisivi simul viri: & manum prehendi & osculum recipi tibi. Cujus osculi maritalis originem *Plutarch. tradit in Rom. in fr. p. 35. & li. de virt.*

virt. mul. p. 420. & in qq. Rom. q. 5. p. 455. Ferunt nonnulli Troja capta quosdam Trojanos effugisse, nactosque naves, vento ad Tyrreniam (quæ eadem Etruria est) delatos juxta flumen Tyberim appulisse. Ibi mulieribus eorum animum jam despondentibus, pertæsisque maritimæ jactationis, quandam genere & opinione prudentiæ reliquis præstantem, Romam nomine, consilium comburendarum navium dedisse. Quod ubi factum fuerit, primo viros stomachatos, deinde necessitate compulsos apud Pallantium urbem condidisse: ubi cum non multo tempore exacto spe felicius viverent, agri bonitatem ac vicinorum hospitalitatem experti, inter alios Romæ tributos honores, urbem quoque eos istius nomine, ut cujus ipsa auctor exstitisset, insignivisse. Exinde etiam hunc morem obtinuisse, ut mulieres cognatos suos ac maritos osculo salutarent: nam illas quo tempore naves incenderant, viros osculando demulsiisse, iramque blandiendo & deprecando leniisse.

## S E C T I O XIV.

Mariti vicissim suaviabantur uxores. Antonius victoria, quam de Cæsarianis in Ægypto reportavit, elatus, in regiam adiit, & armatus Cleopatram osculatus est. *Plut. in Ant. p. 161.* Quod tamen coram liberis

facere

facere prohibitum erat, ne forte ii amore  
 illicito ante tempus idoneo conjugio quaerendo aptum accenderentur: Eamque ob  
 causam M. Cato censor Manilium senatu  
 expunxit, quod uxorem coram filia nubili  
 osculatus esset: sibi nunquam à muliere  
 amplexum latum addens, nisi cum vehe-  
 mens tonitru exstitisset, seque joco solitum  
 dicere, Jove tonante se felicem esse. *Plut.*  
*in ejus vit. p. 628.* Similiter Clem. Alexan-  
 drinus non facit maritis uxores suas coram  
 famulis osculari. Nam ut August. *de Civ.*  
*Dei lib. 14. c. 18.* ait: Devitat publicam  
 etiam permessa atque impunita libido con-  
 spectum: & verecundia naturali habent pro-  
 visum lupanaria ipsa secretum. Et paulo  
 infra: Quid concubitus conjugalis, qui se-  
 cundum matrimonialium praescripta tabu-  
 larum procreandorum fit causa liberorum?  
 Nonne & ipse quanquam sit licitus & hone-  
 stus, remotum ab arbitris cubile conquirat?  
 Nonne omnes famulos atque ipsos etiam  
 paranymphos. & quoscunque ingredi quaerit  
 ubi necessitudo permiserat, ante mittit fo-  
 ras, quam vel blandiri conjux conjugii in-  
 cipiat? Et rursus: Quis enim nescit, ut  
 filii procreentur, quid inter se conjuges  
 agant? Quandoquidem ut id agatur, tanta  
 celebritate ducuntur uxores: & tamen cum  
 agitur, unde filii nascantur, nec ipsi filii, si qui

inde jam nati sunt, testes fieri permittuntur.

SECTIO XV.

Atque uti reliqua propinquorum oscula breviter in unum contraham: Fratrum quoque inter ipsos recepta erant oscula: Esau currens obviam fratri suo Jacobo ex Mesopotamia redeunti, amplexatus est eum, stringensque collum ejus, & osculans flevit. *Genes. 33. v. 4.* Joseph cum fratribus suis se exhibuisset, osculatus est eos omnes, & ploravit super singulos. *Gen. 45. v. 15.* Aaron cum ex præcepto divino se ad Moysen in monte Dei morantem contulisset, eum osculo salutavit. *Exod. 4. v. 27.* Osculorum præterea in sacris mentio fit *Exod. 18. v. 7.* ubi Moyses Jethro socerum suum in desertum ad se venientem osculatus est. *Ruth. 1. v. 9.* ubi Naemi cum nurus suas ad lares patrios juberet reverti, ipsis osculis benedixit. Sciens etiam omitto osculum Arpæ *Ruth. 1. v. 18.* Jacobi & Rahelis *Gen. 26. v. 11.* Labani & Jacobi *Gen. 29. v. 13.*

Magis forte è re erit, in rationes osculi quod cognati atque affines Mulieribus dabant, inquirere *Alexand. ab Al. gen. dier. lib. 3. c. 11. p. 137.* *Plin. lib. 12. nat. histor. & Gellius lib. 10. noct. c. 23.* unanimiter scribunt: Vini usum adeo mulieribus apud Romanos interdictum fuisse, ut vinum bibisse perinde esset, ac si in adulterio aut gravi crimine



crimine deprehensa capitali iudicio plectenda foret. Usunque inolevisse, ut cognati affinesque mulieribus osculum ferrent, scilicet an vinum bibissent ut ore explorarent. Ad quam rationem digitum intendit Juvenalis hisce vers.

*Pauca adeo Cereris vittas contingere digna,  
Quarum non timeat pater oscula.*

Alias paulo causas hujus osculi divinat Plut. in Qu. Rom. q. 6. p. 455. Datum hoc est, inquit, mulieribus, ut honorem simul eis potentiamque concilians, si viderentur multos ac probos habere cognatos & propinquos. Quam rationem egregie illustrat, quod est apud eundem in Thes. p. 6. Megarenses, ait, historici famam hanc impugnant, diuturnitatisque temporis, ut ait Simonides, bellum faciunt. Neque enim prædonem & injuriosum fuisse Scironem, sed qui latrones supplicio affecerit, bonos & justos viros amicitia persecutus sit. Quippe Æacum inter Græcos sanctissimum censeo, Cychreum Salaminium Deum honoribus apud Athenienses coli, virtutem Pelei ac Telamonis nemini incognitam esse. Atque Scironem Cychrei generum, Socerum Æaci, Pelei & Telamonis avum fuisse: siquidem nati sunt Endeide, quæ filia fuit Scironis & Chariclus, neque esse consensaneum, optimos viros cum pessimo

necessitatem vitæ eam contraxisse, in qua  
 res summæ ac pretiosissimæ mutuo trade-  
 rentur. Cum quibus ferè facit, quod de A-  
 hasia Rege Judæ est *4. Regum 8. v. 27.*  
 A hasia ambulavit in viis domus Achab: &  
 fecit, quod malum est coram Domino, sic-  
 ut domus Achab: gener enim domus A-  
 chab fuit. Et de Joram Rege Israel *2. para-  
 lip. 21. v. 6.* Joram ambulavit in viis Re-  
 gum Israel, sicut egerat domus Achab:  
 filia quippe Achab erat uxor ejus, &c. Po-  
 strema Plutarchi ratio est: Cum esset Le-  
 gibus interdictum cognatarum nuptiis, us-  
 que ad osculum tamen amoris permissum  
 progredi, eaque fuit consanguinitatis tes-  
 sera & communicatio. Antiquitus enim  
 sanguine junctas Romani non copulabant  
 sibi matrimonio, ut ne nunc quidem ma-  
 terteras aut sorores. Serò concessum fuit,  
 ut ducere consobrinas liceret. Corollarit  
 loco moneo hoc jus osculi appellare Suet-  
 on. *in Tiber. c. 26. p. 302. Tib.* Claudius  
 Cæsar illecebris Agrippinæ, Germanici  
 fratris sui filix, per jus osculi & blanditia-  
 rum occasiones pellectus in amorem, sub-  
 ornavit proximo Senatu, qui censeret, co-  
 gendum se ad ducendam eam uxorem,  
 quasi reip. maximè interesset. Ejusque Ju-  
 ris abusum indicat Propertius lib. 2. ad  
 Cynthia:

*Quin etiam falsos fingis tibi sapè propinquos,  
Osculanec desunt qui tibi jure ferunt.*

## SECTIO XVI.

Sequitur jam osculum officij, de quo in *vet. Testam.* 1. *Sam.* 20. v. 41. præcipiturque à DD. Apostolis, Romanis, Corinthiis, Thessalonicensibus & in universum omnibus, qui Christo nomen dederunt, ut se invicem osculo salutent. *Rom. ult. v. 16.* 1. *ad Cor. ult. v. 20.* 2. *ad Cor. ult. vers. pen.* 1. *ad Thessal. ult. v. 26.* 3. *1. Petri. ult.* Idque nunc vocant *φιλημα ἀγάπης*, nunc *ἀγίων φιλημα*. Nam ut caritas ipsa omnia claudit, ita osculum complexus amicitiae pacis & caritatis symbolum congressum, digressum, omnesque nostras actiones obsignare debet. Exemplo nobis iidem fuerunt Apostoli: Nam cum Paulus Troade concione Christianis valedixisset, magnus fletus factus est omnium, & procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum. *Actor. 20. v. 37.* Hinc apud Pontificios etiam nunc receptum est, ut finitis atque peractis sacris circumferatur agnus osculandus, quod ipsi vocant, *Das Pacem küssen*. De quo more Innocentius in *c. pacem dist. 2.* Pacem igitur alleris ante confecta mysteria quosdam populis impertiri, vel sibi inter se sacerdote<sup>s</sup>

trudere: Cum post omnia (quæ aperire non debeo) pax sit necessariò indicenda: per quam constet populum ad omnia, quæ in mysteriis aguntur, atque in Ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse, pacis concludentis signaculo demonstrantur. Ex eodemque præcepto fluxisse videtur, quod Clericus si alienam mulierem amplectebatur, hoc interpretandum sit, benedictionis causa factum, ut ait gl. in c. absit in verb. Sinistrum. 11. q. 3. Sed nequitia clericorum fecit, ut illa sententia gl. tandem communiter sit rejecta, de quo vid. Schrader, part. 9. c. 2. n. 87. cum seq. Apud Romanos mos salutandi obvios invaluit maxime sub Augusto, ut Lipsius opinatur. Ideoque Tiberius ut novitium conatus pellere, & oscula cotidiana edicto prohibuit, ut est apud Sue. in Tib. 34. c. Quod parum tamen auctoritatis obtinuit, inque viridi observantia officiosum hoc osculum est hodiè apud plerasque etiam barbaras nationes, Turcas, Polonos, Gallos, Anglos, Italos, Hispanos & Germanos: quorum tamen numero eximit virgines Tubigenses Ampliss. Vir Dn. Th. Lansius IC. manifesti erroris arguens Henricum Kornmannum, in comment. de Ac. p. 29. lit. G. Publica enim, inquit, honestas & Legum Sanctitas illam osculorum prodigalitate[m]

ritatem non pariuntur, de occultis, & quæ  
 prægnantes ob causas nonnunquam dantur  
 & accipiuntur, non judicat Ecclesia: & ju-  
 ra constitui oportet in his, quæ ἐπὶ τὸ  
 πλεῖστον. Quæ Cl. Viri verba procul dubio  
 mica salis accipienda sunt, morem cui-  
 que loco suum relinquenda. Nam ut Caje-  
 tanus ait in suum: Osculum benevolentiae  
 bonum ac laudabile est, juxta morem pa-  
 triæ, inter quascunque personas sit. Oscu-  
 lum verò libidinis nisi inter conjuges est,  
 peccatum mortale. In illis verò locis ubi  
 oscula frequentantur, illud omittere rusticum  
 & agreste est. Risum alicui moveat, quod  
 Marmandæ Petricorii oppido accidit. Nam  
 cum in diversorio ad insigne trium Regum,  
 ubi plerique Germanorum Burdigala To-  
 lozam petentes divertit solent, hospes ejus-  
 que universa familia osculi honorem nostris  
 deferre soliti essent, Germanus quidam  
 istius morum urbanitatis rudis atque expers,  
 ancillam osculi figendi causa primum ad-  
 se, quem ex vestitus splendore sodaliti  
 principem putabat, accedentem colaphis  
 repulit, eam pulpamentum quærere autu-  
 mans. Inde mos iste in fraudem sympa-  
 tiorum eò venturorum obsolevit: quod  
 hic meminisse volui, ne mendacii quis  
 fortè arguat CL. V. D. D. Jodocum Sin-  
 cerum, qui in itinerario suo Galliae p. 239.

istius erga peregrinantes Germanos hu-  
 manitatis & benevolentiae meminit. Ma-  
 xima Germanorum pars, quibus simplici-  
 tas dicam an rusticitas morum cordi est,  
 hoc sibi persuasum habent, fieri non pos-  
 se, quin hac osculi occasione multi amoris  
 vehementia ad libidines abripiantur. Nam  
 si Leoni I. Pontifici Max. & sanctissimo  
 viro accidit, cum is die quadam Resurre-  
 ctionis dominicae populo Eucharistiam di-  
 stribueret, manusque ejus matrona quae-  
 dam osculum figeret, ut simulque infingeret  
 libidinis aculeos: verum ut primum con-  
 cepti ignis impetus sensit, statim manum  
 veluti partem contagiosam, è qua lues in-  
 totum corpus irreperat, ultro sibi trunca-  
 vit *Th. Lans. in or. contra Ital. p. 793. ex*  
*Sab. lib. 5. Petr. Rudolph. hist. Sera ael. 1.*  
*p. 22.* quanto proclivius hoc erit in Ju-  
 venibus, in quibus, ut Joannes Summista  
 ait, saltat sanguis, & qui non aequè  
 sciunt habere vitae suae modum? Sed egre-  
 giè illi falluntur. Oscula apud populos,  
 quos supra nominavi, usu quotidiano vi-  
 lescent, & extra suspicionem sunt sini-  
 stram. Cessant ex permisso basiorum ma-  
 nifestorum furtiva, quae apud nostras vir-  
 gines haud sunt infrequentiora, quam apud  
 illas manifesta. Rectè ergo illa apud Theo-  
 eritum puella:

καυχῶ σατυρίσκε, κενὸν φίλαμα λέγου-  
σιν:

τὸ σῶμα μὲν πλύνω, καὶ ἀποπτύω τὸ φί-  
λαμα.

*Satyrisce tunc, tem ajunt esse oscula inanem:  
de facie abluta tolluntur & oscula sputo.*

Forma osculi officiosi erat, ut vel bar-  
bam & mentum, vel auriculas prehen-  
derent. De barba sive mento 2 Samuel. 20.  
9. Joab tenuit manu dextra barbam A-  
masæ, ut oscularetur eum: Mirabilem  
omnino historiam de contactu barbæ refert  
*Plut. in Amyl. p. 486.* ubi cum eleganter  
de Famæ celeritate disseruisset inter alia  
etiam: Memoriam, inquit, est proditum,  
cum Romani Tarquinos auxiliantibus La-  
tinis bellum inferentes, vicissent, paulò  
post magnos duo & pulchros viros ab exer-  
citu Romam venisse, & victoriam annun-  
ciasse: hos creditum est Castorem ac Pol-  
licem fuisse: ac qui primus iis juxta forum  
apud fontem occurrit equos sudore fluen-  
tes refrigerantibus, cum miraretur hanc  
famam subridentes feruntur barbam ejus  
manibus contigisse, eamque confestim de-  
nigra rufam factam, indicio fidem, viro  
Ænobardi cognomentum peperisse. De  
qua & similibus historiis quid homini Chri-  
stiano sentiendum sit, docet *Phil. Melan-  
thion in Locis Theolog.* ubi inter Spectro-  
rum

rum elusiones de amita sua scribit, Caco-  
dæmonem sub larva monachi ei, injunctis  
pro marito defuncto aliquot missæ sacrifi-  
ciis, quasi valedicturum manum ita adu-  
stam redidisse atque denigrasse, ut ad dies  
vitæ æque ac in Æthiope lavando frustra  
omnes infumeret lotiones. Usitatus tamen  
erat in supplicationibus & precibus, quàm  
venerationibus barbam vel mentum tangere.  
Testis Ovidius:

*Tange manu mentum, tangunt quo more precantes,  
Optabis merito cum mala multa viro.*

Et Homerus Iliad, a. p. 48. θέτις

— λάβε γούνον

Σκαιῆ, δεξιτερῆ, δ' ἄρ' ὀπ' ἀνθερωῶνος ἔλθ' ἴστα  
Λισσομένη προτέειπε διὰ κρονίωνα ἀνάκτα.

Servius pro barba vel mento frontem no-  
tat: auris enim memoriæ sacra est, frons  
genio. Plutarchus manum, in *Tib. Gracch.*  
p. 232. *Tib. Gracchus* primum quidem aper-  
te oravit, amice Octavium compellans,  
manusque ejus (qui mos est supplicum) ac-  
tingens, uti concederet, populoque gratifi-  
caretur justa postulanti. Alibi (in *pompeio*  
p. 417.) genua: Hypsæus homo consularis  
Pompeium à balneo ad cœnam euntem cum  
observasset, suppliciterque genua tangens  
invocasset, &c. De prehensione aurium  
Milphio servus ad Adelphasium meretrici-  
cem: *Sinete exorem, sine te prendam auri-*  
culis,



culis, sine dem suavium. *Pœnul. act. 1. sc. 2.*  
*Et Asin. act. 3. sc. 3.* prehende auriculis, com-  
 para labella cum labellis. *Tibul. lib. 2. 5.*

*Et fetus matrona dabit, natusque parenti  
 Oscula comprehensis auribus eripiet.*

Id Græci χύτραν sive ollam vocabant: quasi  
 caput ollæ, aures austrarum formam refer-  
 rent. *Pollux lib. 10.*

*Λαβῆσα τῶν ὠτῶν φίλητον τὴν χύτραν.*

*Ollam prehensis osculator auribus.*

Ceterum iudicium & signum odii est, si  
 quis recuset admittere quem ad osculum pa-  
 cis, siquidem id in eo loco usitatum sit.  
*Marant. par. 6. de Ord. Jud. ast. 2. n. 48.* Et  
 tacite injuria remissa censebitur, si contume-  
 lia affectus injuriantem extra Ecclesiam oc-  
 currentem osculo excepit, ut notat Andreas  
 Dinnerus IC. & primarius Professor Cod.  
 in inclyta Acad. Altorfina, Senatuique  
 Norinbergensi à consiliis (cujus ob singula-  
 ria in me merita honoris & observantiæ  
 ergo hic memini) in *conclus. & controvers.*  
*select. de pace concl. 7.* Quo pertinet histo-  
 ria Regis Davidis, qui Absalonem filium sup-  
 plicem sibi factum in gratiam recipiens oscu-  
 lo dignatus est. *2 Samuel. 14. v. ult.* Et patris  
 filii ἀπολάσσει, *Luc. 15. v. 20.* Nec non Syllæ  
 & Mithridatis, de qua in hunc fere modum  
*Plut. in Sylla. p. 142.* Obviam procedentem  
 Mithridatem, & dextram protendentem

Sylla interrogavit, pacem ne iis quibus receperat Archelaus conditionibus acciperet. & tacente Rege, atqui, inquit, eorum qui petunt est, ut priores verba faciant: victori satis est tacuisse. Ut vero Rex orsus sui purgationem, belli partem dijs, partem ipsis Romanis imputare conatus est, ita ei subjecit Sylla: equidem & audiui ex multis, & nunc ipse experior, summa te vi dicendi præstare, cum honestis in speciem sermonibus pro factis pessimis & injustissimis non destituare. Facta proinde ejus crudelia demonstrans atque culpans, rursus idem interrogavit: cum is annuisset, ita demum salutavit, amplexusque osculum junxit. Nimirum tempub. privatis rebus antepones, generosorum canum instar mordicus arreptam feram ad extremum usque tenentium, non prius è manibus emisit adversarium, quam eum sibi de victoria concedere vidisset. De horum vero officiosorum ab amatoriiis osculis differentia Philo Judæus: *φιλομα*, inquit, *διαφέρει τῷ φιλεῖν, τὸ μὲν γὰρ ψυχῶν εὐρετικὴν ἀρμοζομένων εὐνοίαν. τὸ δὲ φιλήν καὶ ἐπιπόλαιον δεξιῶσιν χρείαν τινὸς ἐς αὐτὴν συναγωγῆς ἔοικεν ἐμφαίνειν.*

## S E C T I O Ulr.

Postremo de impudicis & luxuriosis oculis agit Salomon prov. 7. vers. 13. inter  
blan-

blanditias, quibus Meretrices Juvenes illaqueare solent. De iis hæc pauca annotare libet: Illa in lineâ amoris ab infano amatore (cujus hoc est distichon:

Εὐδαίμων ὁ βλέπων σέ, τρισόλβιος ἔσις ἀκέρει.  
 Ημίθεος δ' ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ' ὁ συνών)

tertio: à Donato Terentii interprete quarto loco haberi, cum quo facit Anton. Mancinellus apud Horat. lib. 1. carmin. od. 13. Accurs. & Hostiens. in gl. 1. quod ait lex de adult:

*Visus & alloquium, tactus, post oscula factum:*

*Ni fugias tactus, vix evitabitur actus,*

Thomas vero Cantiprat, in lib. qui inscribitur, Bonum universale lib. 2. c. §. 49. (quem allegant Henr. Kornm. Syb. Trygand. c. 33. p. 75.) quintam ait viam ad fornicationem esse luxum in osculo. Alii hos ad venerem gradus constituunt:

*Post visum risus, post risum venit ad usum,*

*Post usum tactus, post tactum venit ad actum:*

*Post actum factum, post factum pœnitet actum.*

Quicquid sit, in eo omnes conveniunt, Oscula Venerem proxime antecedere: Quod auctoritate etiam sua Magister amoris & peritus vates Naso confirmat, dum canit:

*Oscula qui sumpsit, si non & cetera sumpsit,  
 Hæc quoque quæ data sunt perdere dignus erat:*

Quan-

*Quantum defuerat pleno post oscula voto?*

*Heu mihi rusticitas non pudor ille fuit.*

Et Comicus in *Curc. act. 1. sc. 1.* Qui è nu-  
ce nucleum esse vult, frangit nucem: Qui  
vult cubare, pandit saltum suaviis. Cujus  
rei hæc est ratio, quod luxuria per osculum  
incitatur, qui in osculantibus convenientia  
partium fit, & animales spiritus conju-  
guntur. Unde Aristoteles dicit, quod equi  
ante coitum conspirant anhelitu & per hoc  
ad luxuriam provocantur. Porro oscula  
amoris in duplici sunt differentia, alia  
enim sagittata dicuntur, quæ instar sagitta-  
rum animum feriunt, apud Plaut. in tri-  
num. act. 2. alia sunt inerma, quando in  
unum omnia vota amantium non conju-  
guntur apud Propert. lib. 1. el. 2.

*Osculaque admota sumere inerma manu.*

Alia etiam oscula dimidio, alia utroque la-  
bro dabantur. *Testis Martialis lib. 2. epist. 10.*

*Basia dimidio quæ das mihi, Postume, labro,*

*Laudo: licet demas hinc quoque dimidium.*

*Vis dare majus adhuc, & inenarrabile minus?*

*Hoc tibi habe totum Postume dimidium.*

Et eod. epist. 22.

*Quid mihi vobiscum est, O Phæbe novemque sorores?*

*Ecce nocet vati Musa jocosæ sua.*

*Dimidio nobis dare Postumus ante solebat*

*Basia, nunc labro capit utroque dare.*

Quoad formam suaviorum, varias licet ob-  
servare amantium ineptias: Ad basia pri-  
mum

mum invitabant Linguam proferendo, ut constat ex Plaut. asinar. act. 4. sc. 1. Forte si tussire occępit ne sic tussiat, ut cuiquam linguam in tussiendo proferat. Quod illa autem simulet quasi gravedo profuat, Hoc ne sic faciat: Tu labellum abstergeas potius quam cuiquam illa salivium faciat: ex lectione I. Palmer: cum alię editiones habeant: Quam cuiquam salivium faciat palam. Dein inter basiandum labella teneris morsuunculis stringebant: quatum Plaut. meminit *Pseud. act. 1. sc. 1.* Catullus: Cui labella mordebis? Apuleius: Illi purpurea delibantes oscula clemente morsu rosea labella vellicent. *Plutarchus in Pompejo pag. 376.* Floram meretricem jam natu grandem ferunt sæpe gratam consuetudinis olim cum Pompeio habitę mentionem fecisse, & dixisse, nunquam se ab eo, si una cubasset, sine morsu discessisse.

Solebant linguas tradere iisque colludere: *Lucian. εταίρ. διαλ. ἐφίλεν μὲ τὸ πρῶτον ἄστερ οἱ ἄνδρες, ἑκάυτα μόνον προσεαυμύζουσι τὰ χεῖλη, ἀλλ' ὑπανοίγασαι τὸ σῶμα.* *Apuleius Miles. 6.* Accepturus ab ipsa Venere septem savia & unum blandientis linguę appulsum longe mellitum. *Idem lib. 2.* Arctius eam complexus cępi suaviari: jamque patentis oris inhalatu Cinnameo & occurfantis linguę

linguæ illisu nectareo prona libidine allu-  
belcente, &c. Tibullus:

*Et dare anhelanti pugnantis humida linguis  
Oscula.*

Quod Cn. Matius appellat: Columbarim  
labra conferere labris. Mænas: Si quis  
fæminæ citro cispatæ labris columbatur.  
*Martial. lib. 1. ep. 110.* Ista est purior osculo  
columbæ. *Plautus Asinar. act. 3. sc. 3.* Fa-  
cere proserpentem bestiam Græci *κωτα-  
γλώττισμα*: alii denique valgiter suaviari.  
Præterea salivas oris miscebant. Quod me  
Catullus docet carmin: 73.

*Sed nunc id doleo, quod pura pura puella  
Savia comminxit spurca saliva tuo.*

Et Lucretius lib, 4. -- *Funguntque salivas  
Oris & inspirant pressantes dentibus ora.*

Denique suavia aromatis suaviora redde-  
bant: de quo multa apud Martialem: ut  
lib. 2. ep. 12. (rham.

*Esse quid hoc dicam, quod olent tua basia myr-*

*Quodque tibi est nunquam non alienus odor?*

*Hoc mihi suspectum est, quod oles bene Postume sem-*

*Postume non bene olet, qui bene semper olet. (per*

*Quid spirat tenera malum mordente puella,*

*Quod de Corycio qua venit aura croco:*

*Vinea quod primis floret cum cava racemis:*

*Gramina quod redolent, qua modo carpssitro vis*

*Quod Myrtus, quod messor Arabs, quod succinâ*

*Pallidus Eoo ture quod ignis olet: (trita*

*Gleba quod æstivo le viter cum spargitur imbre:*

*Quod madidas nardo sparsa corona comas:*

*Hoc tua save Diadumene basia fragrant. Quid*

*Quid sit tota dares illa sine invidia?*

*Fragravit ore quod rosarium Pesti:*

*Quod Atticarum prima mella cerarum:*

*Quod succinorum rapta de manu gleba.*

Ante verò, quam receptui canam, non possum, quin epimetri loco annectam insanum Agesilai, laudatissimi cetera Spartanorum Regis amorem, de quo ita Historicus in ejus vita p. 349. Agesilaus insano Megabatis Spithridatis filii amore correptus, cum salutandi & osculandi causa accedentem declinaverat, cumque is verecundia motus deinceps eminus ipsum salutaret, pœnitentia non admissi osculi ductus, mirari simulavit, ecquid se Megabates non ore etiam admoto salutaret. Tu in causa es, dicebant familiares, qui osculum pulcri pueri formidasti atque fugisti: nam adhuc facilè ei persuadetur, ut si te id non metuere certò sciat, ad osculum veniat. Sub hæc verba Agesilaus cum aliquandiu cogitabundus tacuisset, Nihil opus esse respondit id ei persuaderi: se non libentius iterum cum osculo certaturum, quam omnia, quæ conspexisset, aurea habiturum. Talem quidem se præsentem adhuc Megabate gessit, absente autem eo ita arsit, ut dictu difficile sit, an si ille rediisset, temperaturus sibi ab osculo fuerit.

καὶ τὰυτα δὴ περὶ τέτων Neque n. à studiis consuetis diutius mihi abesse conceditur, tum exstimatio mea me calamum ponere jubet, ne ut laudibus arguitur vini vinosus Homerus: ita ego accuratiori suaviorum descriptione pro sectatore puellarum habear. Te amice Lector

*Paulum seposita severitate*

*Parcas lussibus & jocis rogamus:*

*Nec castrare velis meos libellos.*

Sin cui Theonino dente nostra carpere se deat, in ipsum non injuria dicterium Edwardi III. Angliæ Regis, quod cum fasciam amasiæ suæ saltantis pede delapsam sustulisset, protulit, posteaque Ordini Equitum Garteriorum, sive D. Gorgii, ab ipso Anno 1350. instituto, Symboli loco tribuit. v. bramus:

HONNI SOIT QUI MAL Y PENSE



DISPU.



DISPUTATIO  
DE  
JURE ET NATURA  
PENNALIUM.

PUTATIO

STANLEY  
PENNSYLVANIA



T H E S I S. I.

**P**ro declaratione rubricellæ facio vobis notum, quod duplici modo conducatur hæc doctrinalis materia. Uno modo studioso, ad quod faciendum obligetur, quia turpe est homini studioso jus & naturam pennalium ignorare cum quibus versatur. Altero modo pennali, ad quod patiendum teneatur. Quia etiamsi illud nesciat, hoc tamen sibi non esset proficuum. Nam responderetur ei, quod hæc est ignorantia juris quæ neminem excusat; & quod paria sunt, scire & scire debere; huc allegans propriam turpitudinem in tali casu non esset audiendus.

2. Ideo decrevi in præsentia quasi in præviculo comprehendere, omnes intrinsecas, & extrinsecas qualitates & astutias pennalium, & ad quid studiosis obligentur: Item actiones inde competentes tam directas quam contrarias, tam civiles quam pœnales, quas possitis sequi in fiducia in practicando. Quia magnus

gnus est error circa hos modernorum tam quoad excessum, quam defectum.

3. Et quia in omni materia scibili debet in principio declarari quidditas entitativa ejus rei, quæ venit in scripturam; Ideo ponam vobis ob oculos formalem definitionem pennalis secundum longitudinem, latitudinem & profunditatem.

4. Definitur autem quod sit *animal brutum, habens neque modum, neque mensuram rusticitatum suarum.*

5. Et dicitur pennalis ab adjuncto proprio, quia assuetus est gestare pennas in theca sub cingulo suo ad excipiendum omne verbum, quod cadit ex ore præceptoris sui.

6. Et notate, quod nomen hoc fuit valde bonum & honorabile; quia est idem cum Scholari, & nemo dicitur erubescere ob id quod est sui officii; quod est a seo necessarium, ut quod militi est in bello hasta, hoc est clerico in schola penna. Sed hodie propter quosdam magnos Monseuros; qui non sunt multum studentes, sed tantum sunt ambulantes basilice in stratis cum gladio tanquam ad guerram, & ideo despiciunt scholares qui non sunt sibi similes; Unde factum est id nomen odiosum, nimirum in tantum ut pane habeatur

beatu  
licitu  
opini  
7  
tabul  
hoc d  
recen  
est di  
labra  
reat  
Eim  
8.  
Joven  
non c  
fedit  
solitu  
quanc  
terane  
sicut  
9.  
vobis  
las d  
hoc,  
10.  
defini  
est:  
vitul  
dare a  
nilitati  
Et a

pro infami. Verum plus obtinere  
 dicitur in rei veritate quam quod est in  
 opinione.

7. Humanistæ juvenalem vocant, vo-  
 tabulo leniori tristitiam rei mitigantes, &  
 hoc dupliciter; Uno modo univoce, quia  
 recens venit ab ubere matris suæ, & non  
 est diu, quod depositor dedolavit eum, &  
 labra sua sunt glabra, nimirum ut appa-  
 reat Quasi modo genitus, vulgo Neovultus,  
 Est Nabschnabel Germanicè.

8. Altero modo Æquivoce; quia est  
 Juvenis quoad vitam Academicam; licet  
 non quoad vitam scholasticam, quia diu  
 sedit in primo scamno primæ classis, &  
 solitus est proxime ire ante præceptorem,  
 quando deduxerunt funus; Et quia est Ve-  
 teranus gerens barbam tres ulnas longam  
 sicut caper.

9. Sed pro majori intelligentia deducam  
 vobis aliquot pulchra conlectaria & apostil-  
 las definitionis præmissæ: quia utile est  
 hoc, & facit ad multa singularia.

10. Et primo advertite, quod dico in  
 definitione animal brutum; quia scriptum  
 est: pennalis indomitus est veluti lascivus  
 vitulus. Non enim possunt se accommo-  
 dare ad mores bursaticos, quia de istis sub-  
 tilitatibus non quilibet gustabit asinus.  
 Et animalis homo non percipit ea quæ  
 sunt

sunt studiosorum, Et est ei stultitia, & non potest id in grosso suo cerebro concoquere.

11. Et licet aliqui quoad hoc teneant contrarium dicentes secundum viam Thomisticam & Scholasticam, quod animal in quantum animal possit esse tam bene fundamentatum in scientiis, neque tam experimentatum in poëticâ, neque tam zelosum in concionando, sicut est Pennalis; tamen eo non obstante dicite, quod hoc non est absurdum in terminis logisticis, quia fictione juris habetur pro bruto, quoad insulsiatam suam.

12. Quâ occasione quæro; An Pennalis possit ire ad virginem, & respondetur, quod multa permittuntur quæ ignorantur, quæ tamen non conceduntur si essent obvia.

13. Igitur quæro; si de facto Pennalis sedeat apud Virginem, an teneatur surgere, & eam studioso cedere? Videtur quod non, qui prior est tempore potior est jure. Sed vos contrarium determinate; Quia Pennalis non habet legitimam personam standi in conspectu studiosorum, & hoc est tutius propter periculum tumultus.

14. Sed si pennalis peritior est cochlearido, ita ut virgines malint apud ipsum sedere, quàm apud studiosum? Licet præsumtio

fumi  
actio  
hoc  
con  
tra p  
mali  
19  
gesta  
plum  
Resp  
est i  
carun  
rum;  
& pr  
buato  
& re  
16  
præsu  
præbe  
dation  
tremu  
prium  
ornam  
17  
qui el  
sumat  
tur, a  
daces  
num  
cum i

sumtio stat pro Pennali quod ex diuturnâ actione contraxit habitum, tamen nolite hoc virginibus indulgere propter lubricum consilii: Quia præsumuntur laborare contra propria commoda: Tum quia est res mali exempli.

15. Ulterius quæro: An Pennalis possit gestare aureos annulos in digitis suis, aut plumas in vertice, aut gladium ad latus? Respondetur quod non: Quia Pennalis est incapax omnium dignitatum studentiarum, & non habet jus aureorum annulorum, sed debet pro plumis gestare pennas, & pro gladio virgas, ut cuique suum tribuatur, & omnia fiant decenter, in ordine & republicâ.

16. Et licet id de facto quidam facere præsumat; tamen hoc non dicitur vobis præbere scandalum, quia tempus degradationis suæ nondum venit. Nam ad extremum cadit omne malum super proprium caput suum, & tunc coguntur deflere ornamenta sua in sacco & cinere.

17. Ideo dabo vobis bonum consilium, qui estis adhuc in statu innocentiae, ne præsumatis affectare, quod vobis non debetur, aut videri quod non estis. Quia mendaces sunt filii Diaboli: & melius est alienum nomen non assumere quam assumptum cum infamiâ deponere.

18. Et pro hoc suggeram vobis sententiam definitam, quæ fuit lata in causa magni cujusdam stutzeri, qui gerebat se publice pro studioso & ibat per plateas plumatus & gladius, & habebat magnum adspicere, & virgines urbis pendebant ab ore ejus: quia postea innotuit, quod adhuc esset *Bacchans*, passus est status questionum, & degradatus est, & fuit ruina ejus ingens valde, & traditus est in manus depositoris, donec persolveret extremum quadrantem. Quod tenete menti, quia possibile adhuc de facto contingere.

19. Sed revertendo ad definitionem, dico ulterius: *Habens neque modum neque mensuram rusticitatum suarum*, ut distinguatur à bacchante. Quia hic cogitur habere suas scurrilitates in freno propter ferulam; quia delictum suam habet paratam executionem sine ulla appellatione.

20. In simili debetis annotare, quod dicit quidam antiquus glossator, quod Pennalis est tax studiosorum, videns sibi multum, pectus gerens stultum, caput sine fronte, mucro sine acie, multos adhuc in criminibus gerens ramos de cornubus. Et hoc bene perpendite, quia est profundum nimis & habet in se multa doctrinalia.



21. Ultimo volo vos advertere, quod Pennalis quoque dicitur monstrum, quia natura quando voluit eum facere studiosum aberravit, & fecit eum pennalem; & ideo dicitur studiosus occasionatus. Sed ob hoc nolite tritari vos juniores, quia natura, nihilominus possunt ad finem suum pervenire, remoto obstaculo; Quia eodem modo dissolvitur, quo quid colligatum est.

22. Nunc ex prædicta lectura volo vos observare quasdam notas physicas, quibus possitis pennales à studiosis discernere. Quia Reipul. interest publice tales homines à quolibet agnosci, & hoc non erit vobis admodum difficile, si adferatis attentationem. Quia aures Midæ possent quidem regi ad tempus, sed non in totum abscondi in cappa.

23. Pro primo notabitis, quod Pennalis est natura tenax & avarus, in tantum ut citius digitos suos è manu sua amittat, quam unum nummum è bursa. Quia didicit ex sua Grammatica quod est magnum vectigal parsimonia. Et tenete menti: quia est unum necessarium requisitum & proprium in quarto modo.

24. Et pro hoc referam vobis unum pulcrum exemplum de quodam Eremita, cui cum privataret popularis suus superveniens

veniens partem farciminis abscidit, ipse ivit ad Rectorem plorabundus postulans ut hoc per triduum jejunaret in carcere.

25. Ideo rationabile est statutum quo talis depositori juramentum præstaret, quod non velit pecuniam ex Academiis secum domum ferre: quia si hoc non esset, ipse fieret unus mercans, aut Judæus sanoraretur super pecunia sua, & congereret grandes divitias, & ita in totum non intraret in regnum cælorum.

26. Sed ego audivi quendam fundamentaliter contra arguere, quod hoc argumentum non est servandum; Quia vi & metu esset extortum, & esset contra bonos mores, & invitaret juvenes ad profusionem: quod remitto ad Theologos, quia est res spiritualis, quæ concernit animæ salutem.

27. Pro secundo notabitur, quod Pen-nalis est valde attentus ad rem, advertens graviter quæ non sentias: Et ideo abscondit argentum sub stramine culcitæ suæ, & unus obulus est ei totus mundus. Et in symposio numerat omnes haustus canthari, & nemo possunt sibi ad curram facere: quia filii scholæ sunt prudentiores filiis Academiæ.

28. Et circa hoc volo vos admonitos, ne cum illis eatis in cauponam, aut vobis imputetis, si quid metunt, ubi non semina-

runt.

tunt, & bibunt quod non solvunt. Nam tolerabilior est ejus prudentia & crumena, quam impudentia in cute. Nec enim quicumquam faciunt propter naturam suam, quia Pennalis turpiter facit, quia est Pennalis: non verò turpiter se gerit, quia est Pennalis.

29. Pro Tertio notabitis; quod Pennalis amat occupare primas sessiones in mensa, & non vult videri ultimus: quia est adfectus disputare propter primum locum ex regulis Syntaxeos, vel syllogismis Dialecticæ, ubi dedecus est & plagabile esse ultimum. Et talis consuetudo est sibi altera natura, nec possunt facilè ab eâ recedere, quia omnis subita mutatio est periculosa, ut dicunt Medici.

30. Ideo vidi quendam, qui postulabat à Magnifico certum sibi locum in Collegio & apud mensam assignari; quia dicebat, omne bonum consistit in ordine, & quod est magna confusio, ita doctus inter indoctos sedere sine aliquâ prærogativâ.

31. Pro quarto notabitis, quod in conviviiis solet carpere lautissimos bolos è patinis, & est valdè discretivus in eligendo cibo, & renes cum adipe sunt ei delicæ suæ, quia est adhuc delicatus puer, & non est diu quod venit à mammillis matris suæ, & mater sic docuit eum; & renes

dant sibi vires apud Cortisanas suas.

32. Pro quinto notabitur, quod semper vult haberi primus apud virgines, & puellæ diligunt eum; nec alius quisquam audet eas comitari ad secretum, & antergia præbere, & matulam effundere præ illo, in tantum, ut Heroes suos eligant solos Pennales, quia possunt decenter cochleari, & profunde basiare, & viriliter anum movere, & pulchras galiardas saltare, & sibi facere bonas currasias, cum citharis cantilenis suis.

33. Et declarabo hoc per exemplum, quod meo tempore contigit in Virgine, quæ multos & veteranos studiosos habuerat pro amasiis, & postea tamen elegit Pennalem in maritum: quia iste erat vir secundum voluntatem suam, & spiritus singularis erat in eo, & poterat fortia prælia præliari, & studiosus à multis annis non erat ei similis in gratia & virtute.

34. Pro sexto notabitur, quod Pennalis est audaculus & rixosus valde, & provocat ad cambionem unumquemque, & vult se cum omnibus pallistare, putat quod nemo est fortior se. Est enim bene experimentatus in schola super scamno, quia poterat virgam præceptoris sui comprehendere, & caligas è manibus calefactoris  
sub-

subtrahere, a Terendo se in libertatem, & nemo audebat dicere; Quid facis?

35. Pro septimo, notabitis, quod Pennalis est meticulosum animalculum quoad statum suum. Quia putat quod quilibet scriptas habet in fronte omnes iniquitates suas, unde Poëta ait.

*Pennales animos timor arguit.*

Et ideo si fiat mentio status sui, sedet tacitus, & non audet attollere oculos suos, quia est peccator magnus; sed percutit pugno pectus suum, dicens: O Domine, sine hunc annum abire in pace & festinatione!

36. Pro octavo notabitis, quod est bonus latinifator, valde doctus & sapiens, & eruditio pendet ei ex naribus & ore sicut vermes, quia per multos annos fuit primanus, & dudum contrivit Grammaticam totam sub calceis suis, & omnes potest Metaphysicos terminos recitare ad unguem, tanquam Pater noster, & scribere commentaria super Euclidem, disputare pro & contra in summa Philosophantium corona, & multa paradoxa statueret contra B. Priscianum & Ælium Donatum: Et nemo est qui possit spiritui suo resistere, & ideo possunt Magistrum sumere quando libet.

37. Nono notabitis quod Pennalis est valdè superbus & insolens, & nemo potest sibi comparari quoad auctoritatem suam; Quia scientia parit cristas & producit grandes Spiritus; ideo comparate eum pavoni, quia turgescit quando doctrinam suam adspicit, tristatur cum statum suum recognoscit; Quia res ferox & res submissa est pennalis.

38. Decimo notabitis, quod Pennalis est valdè disputax, & in conversando vult ad omnia respondere, interrogatus & non interrogatus, & unumquemque confundere in sermone suo, & nemini cedere, ne quidem Diabolo. Quia pulcrum est digitis monstrari & diciet hic est. Et scientiæ non visæ ut thesauri absconditi nulla est utilitas. Ideo scriptum est: Luceat ars vestra coram studiosis, ut videant bonum intellectum & manifestatur gloria vestra & nomen vestrum.

39. Ultimo notabitis finaliter, quod Pennalis est homo loquax, dicax, mordax, vorax, bibax, rapax, tenax, scapax in tantum, ut omnia in AX sint generis Pennalis; qui in scholâ cum TAX, TAX, sonaret in tergô suô inde impressa sunt sibi monstrosa vocabula.

40. Et hoc tenete fideliter menti, quia unum ex his est vobis sufficiens commonstrare

strare quem quæritis, & tunc signate vos sanctâ cruce & dicite: A tali Pennali libera nos DOMINE.

41. Pro cautione tamen volo vos scire, quod Pennales quidam sunt multò astuti circa hoc ut naves suos occultent. Quia quilibet præsumitur honori suo consultum velle: Ideò ex circumstantiis multa actori relinquo, sunt enim hæc facti, quæ cum infinita sunt, non possent in unam regulam generalem includi.

42. Sed quia inter pennales & ingenia eorum varia est differentia, ideo debetis meminisse quod secundum Magistralem distinctionem gl. vulgaris, Pennalis est vel animorum, vel morum, vel temporum & morum simul. Ex quibus posteriores, omnium deterioris sunt conditionis, quia ex illorum statu nulla est redemptio, in tantum ut ad extremum in eò possint promoveri in porcum. Quia senex Pennalis bis Pennalis: Et veterana mancipia non facile est reformare ad meliores mores.

43. Pro his est bonum remedium quod dicit Scriptura: Indica fratri tuo errores suos, & reduc eum ad Sanitatem ut desinat à malo, & faciat bonum. Et si tu hoc solus non posses facere, assume alios ad TE, qui sunt fortiores te. Qui si nihilominus noluerit vos audire, tunc fustigate eum:

eum : Quia sua interest , ne moriatur in delictis suis.

44. Et tunc cum eo nulla est compassio habenda : Quia præsumitur potius ex consuetudine peccare , quam ex imbecillitate labi , immo ipse vobis habebit aliquando multam gratiam ; & dicet : Bonum est , quod humiliastis me , quia postquam vexatus sum , egi poenitentiam.

45. Nec enim dicitur propter id irasci : quia amicus ex mente debet perpendere voluntatem amici , & nemo præsumitur eum vexare ex odio , sed ex bono affectu , ex quo diligit amicum suum , reprehendit eum.

46. Immo ne cui officium suum sit damnosum , tenetur ei quandoque vocacionem dare , & facere sibi amicos cum Mamone injusto , ut se recipiant aliquando in ordinem suum.

47. Et hoc faciunt cum bona gratia : Quia hilarem datorem diligit Deus. Et scriptum est , Pennales estote subditi studiosis , & nolite murmurare contra eos , quia modici temporis afflictio transfert vos in diurnam requiem. Et tunc quod quisque juris in se aliis concessit , idem ab aliis vicissim postulabit.

48. Sed quæro ; Si Pennalis nolit hoc pati , an tunc possit se actori opponere ? & conclu-



concludite quod non: Quia injusta est defensio, ubi justa est offensio. Est enim Pennalis in prædicamento passionis, ideo patibilis qualitas debet esse in eo, & de ea prædicari multiformiter.

49. Quod si Pennalis est duræ cervicis, & incrassatum est cor ejus, & frons exiit omnem pudorem, ut non intelligat subtiles terminos? Tunc quia nemo tenetur divinare alterius sermonem, debet sibi dici per directum, quod per indirectum non potest capere.

50. Sed quid si multa quidem messis sed pauci operarii? & dicendum quod nemo debet se ad hoc excusare, quia qui patitur pennalisare pennalisantem, is vires administrat audaciæ, & talis censetur pennalisare cum eo.

51. Immo qui hoc facit, habebit aliquando mercedem suam, quia qui reducit errantem in viam, facit opus misericordiæ & charitatis.

52. Sed quæro: Si studiosus fuit olim suus optimus frater, & iverunt simul ad unum amicum, & fuerunt Collegæ in una classi; an tunc possit illum transjulare ne vexetur? Quod negate in totum, quia hoc publicam causam continet, & Reipublicæ interest, ne delicta maneat incorrecta. Immo talis fieret prævaricator,

& incideret in pœnam Icti Turpiliani.

53. Circa hoc tamen suggeram vobis utile consilii, ne acerbè nimis eam potestatem exerceatis, quia modica tantum correctio vobis concessa est, & nimia sævitia culpæ annumeratur.

54. Nam quandoque miseris venit in præcordia virtus, & tunc habet pugnos & malleos, & bajulant ut rustici, neque possunt dare plagas ad mensuram, quia sunt agrestes nimis; & hoc vult vos annotare, ne cum detrimento ex post facto sapiatis, sicuti id sæpè in foro nostro vidi practicum cum dolore.

55. Prædicta observate etiam quoad secundum genus, quia isti debent ejus naturæ æstimari, quæ magis in eis prævalet.

56. Quoad temporales verò, major occurrat dubietas, an debeant immunes esse ab omnibus vexaticis. Quod videtur, quia tempus non est modus inducendi delictum, ideo non dicitur graviolem esse pœnam, quàm fuit culpa.

57. Sed vos contrarium determinate, quia præscriptionis tempora præcisè servanda sunt, nec sufficit unum adimpletum ubi duo conjunctim requiruntur.

58. Unde pro declaratione prædictorum resolvam vobis aliquot pulchra notabilia, & quæro primum: An quoad hoc vexatio

no fit justa? Videtur quod non. Quia est injuria verbalis, quæ ejus existimationem apud bonos viros & pulcras puellas gravat. At nemo debet alterius pacto prægravari.

59. Contrarium tamen sequimini: Quia est utilis & dat intellectum, ut habet vulgaris Theoria, & est quasi purgatorium mundanum per quod absterguntur omnes maculæ pennalitatæ, donec completo tempore perveniat ad studiositatem.

60. Præmissa conclusio ampliatur, & extenditur, ut etiam procedat in eo, qui est ultra vulgarem modum doctus, in tantum, ut possit post unam septimanam magistrare, & post duos menses doctorare: quia doctrina non mutat statum.

61. Immo licet præsumatur talis, habere omnes regulas Ramisticas in scrinio peccatoris sui, adeo ut de ejus eruditione dubitare sit instar sacrilegii: non tamen præsumitur scire notiones primas & secundas, quia ista sunt arcana Academiæ, quæ non cadunt in Scholares.

62. Secundo ampliatur & concludit in eo, qui est Nobilista vel Cortisanus, licet enim talis habeat aliquam præeminentiam quoad jus civile, non tamen etiam quoad naturale: quia natura omnes æquales fecit, & communi vitio commune est remedium: immo Nobilista, qui peccat, dupli-

duplici pœna puniri debet propter exemplum.

63. Tertio ampliatur, ut etiam valeat in eo, qui est admodum civilis, & possunt facere virginibus pulcras credentias & subtiles basimanus, & nudat caput suum pro omnibus: quia licet sciat ea quæ sunt communis civilitatis ex gestu suo, non tamen etiam ea quæ sunt consuetudinariæ localis: quia quilibet præsumitur ignorare stylium alieni fori.

64. Sed quid si etiam æmulari affectet? dicite quod jura constituentur ex eo, quod ut plurimum accidit: non ex eo quod raro; & quod semel aut bis accidit non attendunt actores.

65. Quarto ampliatur & deciditur in eo, qui solet dare vocationes, & vult videri magnificus, & ostendit se præter naturam liberalem: quia nemo in necessitatibus liberalis existit, & talis se potius quam alium respicit: ideo dolus dolo vindicandus est.

66. Sed quid? si fuit Bassista, aut Tenorista, & potuit graviter infimas voces murmurare, velut unus frater cappatus in choro, vel leniter discantum fistulare, ut virgo 10. annorum: vel si in totum fuit præfectus in cantoria, vel carenda? Ad hoc idem dicite, quia tales præsumuntur imperiosi,

riofii, eo quod multos habuerunt sub baculo, & quando dixerunt uni, cane, cecidit: & alteri Solmiza, zolmizavit.

67. Sed si sit magnus Signior apud Damascellas, ut periculum sit, quod taliter vexatus cadat per corbem, & perdat omnem amabilitatem suam: Tunc mitiorem sententiam amplectimini; & quia talis præsumitur multa sibi ab iis acquisivisse clenodia, non debet multum torqueri quoad vexationes, sed magis visitari quoad vocationes.

68. Supradicta conclusio limitatur & restringitur, ut melius procedatur cum eo, qui penè tempora sua adimplevit. Quia cingendus habetur pro cincto, & desinit esse miles virtutum, quia factus est miles virtutum.

69. Adhuc limitatur, ut non procedat quoad extraneos; quia quoad hos pennalis censetur legitimus, ideo contra hos debet honorem suum defendere, usque ad curam & sanguinem, quia vita & fama pari passu ambulant.

70. Unde incidenter quæro: An Pennalis sit honoratior Schmutzone? Omnino dicite quod sit: Quia quod studiosus est inter pennales, hoc est, pennalis inter pices & amplius.

71. Facit quod pices illi sunt infames quibus non patent portæ dignitatum, quia

quia in malitiâ suâ devorant sanguinem studiosorum, unde dictum est: O quò vadit anima picis! Sed quæstio hæc est minus dubitabilis, ideo supersedeo eam latius declarare.

72. Nunc revertendo ad priores terminos: an Pennalis pro tali vexatione studiosorum ad guerram vocare? Quod videtur, quia crudelis est, qui famam suam negligit. Sed hoc nolite sequi; quia pennalis præsumitur inhabilis ad pugnandum, & virgas magis quàm arma tractare posse.

72. Et licet videatur habilis de facto propter robustitatem, & tamen est inhabilis, de jure debet gladio privari & virgis onerari: Quia qui gladium sumit, peribit cum eo. Et hoc observat totus mundus.

74. Quæro ulterius: an possit agere de injuria verbali, puta quando sibi dictum est pennalis: Dicite quod non, tum quia est animal, in quod nec jus nec injuria cadit, tum quia veritas convitii satis excusat conviciantem.

75. Sed quid si sibi facta est injuria realis, puta, quod est fustigatus in foro, aut bajulatus in plateis, inundatus in aquâ? Et videtur negativa amplectenda: Quia pennalis est servus; & ideo ca-

pire non minuitur, qui nullum caput habuit.

76. Sed vos amplectimini distinctionem legalem, quia si id fiat in eo loco, in quo ei nullum jus fuit versandi, aut ambulandi, maxime si alter proclamavit, ut abiret, neque ille abivit, sed reclamavit: Tunc damnum quod ipse accersivit, ipse mussurabit, & sibi imputabit.

77. Quod si id fiat in sua domo, ubi dedit Vocationem? aliud dicendum est, quia sua cuique domus iustissimum refugium est. Et nemo dicitur duplici damno onerari: nisi forte ibi fuit valde importunus & inutilis, & voluit habere magna verba solus, nec dari Cæsari, quæ sunt Cæsaris.

78. Quæro iterum: An possit se penalis vexatione liberare à vexatione, Licet de subtilitate juris rigorosi id non videatur concedendum: tamen vos utilitatem æquitatis sequimini: quia ignoscendum est ei, qui sanguinem suum taliter qualiter redemptum voluit.

79. Sed quid si sit valde obærat, & non habeat multos obulos in bursa? Tunc adhibere cautelam, ne vos decipiant: quia sunt astuti valde, in occultando thesauro suo, ideo non debet talis excusatio facile admitti, nisi præstito juramento  
pauper-

paupertatis, quia nemo præsumitur vacuus ad peregrinas regiones migrare, maxime si sit charus filius, vel cecinit in cantoria.

80. Si tamen hoc de facto contingat: tunc quod non habet in ære, luat in corpore; & sic vexetur bene, quia non persolvit plene. Quia licet prædictus puniatur mitius quoad pœnam pecuniarum, quam alius bene nummatus: debet tamen puniri gravius quoad pœnam corporalem, & ita servatur in praxi.

81. Pro cautione tamen notate, quod tales interdum habeant privilegia miserabilium personarum, si sunt valde lamentabiles: quia tunc satis ipsa paupertate premuntur. Et afflicto non est addenda afflictio.

82. Sed quid si sit valde simplex, ut non possit unum puerum offendere, & habeat magnam devotionem, & eat precubundus per civitatem? A talibus cavere vobis, quia veniunt ad vos in vestitu ovium, sed intus sunt lupi rapaces, & habent Diabolum sub cappa, sicut frater aliquis pœnitentiarius.

83. Sed quid si Pennalis lateat, & non faciat sui copiam? Tunc si non potest haberi de die, solet visitari de nocte, & interdum cum Musica instrumentali cantari sibi unum bonum carmen, ut exeat sonus in unum

versum  
cum j  
Vit  
P  
Et ho  
stua  
84  
facia  
to,  
paru  
blica  
quoc  
in c  
8  
moc  
quo  
jure  
Aca  
talis  
bur  
nifi  
8  
clin  
m  
rum  
nat  
in  
let  
cu



versum Museum : Resonet in laudibus,  
cum jucundis plausibus.

Vitrum nostrum gloriosum

Per omnia kling klang klangorum.

Et hoc de consuetudine loci, licet jure de-  
stituamur.

84. Circa tamen hoc estote providi, ut  
faciatis id cum moderamine, & in occul-  
to, ne habeatis mercedem vestram in pro-  
pulo, quia posset hic allegari pacis pu-  
blicæ turbatio, cujus pœna est Bannum,  
quod parit multos & miserabiles Cornelios  
in cerebello.

85. Nunc ad extremum tradam vobis  
modos, per quos dissolvitur pennialismus,  
quorum primus est: Præscriptio, quia de  
jure Saxonico, si pennialis vivat in studio  
Academico per annum & mensem utilem,  
talis præsumitur didicisse mores civiles &  
bursaticos, & ideo habetur pro studioso,  
nisi mores forte contrarium suadeant.

86. Dico utilem, ut supputetis tempora  
climactericè, ex quo stetit in Academia ani-  
mo studendi, non vero commorandi tan-  
tum, ne alioquin is fiat studiosus, qui per  
naturam studiosus esse non potest.

87. Item ut intelligatis id tantum valere  
in præsentibus. Quia quoad absentes non va-  
let præscriptio, etiam si tempus interveniat  
cujus initii non exstat memoria.

88. Circa

88. Circa hoc quæro : An pennalis discedens ante completum spatium ex Academia, postea reversus nihilominus habendus sit pro studioso? Et decidere distincte: Quia si in continenti redeat, tunc habet jus postliminii, & dicitur tempus quod absuit, suppleri alio tempore in duplum, ut ita procedat præscriptio.

89. Si vero ex intervallo, tunc quia censetur interrupta præscriptio, debet tempus suum de novo inchoare, & ita ad studiositatem pervenire: quia res devenit in eum casum, à quo incipere non poterat.

90. Quod si in totum domi remaneat, & fiat tibi Megistellus, aut Baprizans, vel Uxoratus; tum per fictionem Leg. Corneliæ censetur nunquam in Universitate fuisse, & ita in statu suo mortuus.

91. Iterum quæro: An pennalis possit deponere pennalisimum in Patria? Sed hanc quæstionem supersedeo determinare, quia est Salebrosa nimis.

92. Secundus modus est Emancipatio, puta, si Penalis sit valde acceptabilis apud Virgines, & sciat gravitatem Academicam tenere, potest talis Vocationem dare aliis studiosis, ut absolvatur à peccatis suis, & emancipetur à pennalisimo.

93. Et ad hanc requiruntur certæ solemnitates: quia debet Virgo aliqua prima-  
ria

ria quæ ejus rei scientiam habet, in judicem eligi, & debet præter alia cognitio causæ intervenire, an persona supplicans sit habilis ad hanc dignitatem. Quo examinato debet pennalis ante virginem super genua procumbere præstando ipsi juramentum, quod velit pennalem exuere, & induere studiosum. Sed hic modus est valde periculosus, quia una solemnitatum omiſſa totus actus annullatur.

94. Quæro tamen, an talis Bullatus studiosus censeatur quoque legitimus, quoad alios qui non fuerunt in Vocatione & Absolutione? & dicite quod non, quia privatorum pactis jus publicum inverti non potest.

95. Tertius modus est Legitimatio per subsequens Magisterium, puta si pennalis intra annum fiat promotus Magister aut Baccalaureus, tunc enim habetur pro studioso. Quia cum infamibus portæ dignitatum non patent, censeatur per istum honorem abolita omnis macula pennalitatis, & per Magisterium purgata omnia antecedentia.

96. Sed tamen quia talis fecit contra juramentum suum, quod dedit Depositori, ideo debet super eo gratiam facere dando ei vocationem, ut anceps periculum perjuri evitetur.

97. Ultimus modus est legitimatio per Rescri-

per Rescriptum principis, puta, si princeps aut alius, qui famæ habet restitutionem, det alicui hoc privilegium, quod non debeat esse pennalis, & hoc publico diplomate testatum faciat, debet hæc voluntas principis pro lege servari; quia videtur respexisse ad doctrinam & merita personæ. Et ideo qui vocat eum pennalem, committit crimen læsæ majestatis.

98. Sed quia tale privilegium non præsumitur, nisi monstratur, ideo debet Bulla sibi data præsentem inspicere, an expresse scriptum sit, quod talis non debeat vexari, & tunc tenor ejus circa hoc servandus est. Si vero hoc non scriptum sit, sed tantum simpliciter indultum, quod non debeat esse pennalis; Tunc possunt nihilominus vexari. Quia censetur Princeps se conformasse ad juris communis dispositionem, & non voluisse uti plena potestate.

99. Pro additamento debetis scire, quod hodie per Nov. Constit. omne jus vetus circa pennalem abrogatum est, per quas omnes Beani naturalibus restituuntur, ita ut statim à primis depositionis incunabulis una atque simplex studiositas illis comperat, id est, eadem, quam habent studiosi à multis annis.

100. Dura quidem Lex est, verum ita scriptum est, non tamen credo, quod præctica-

dicatur omnibus, quia stylus curiæ in vidi observantia positus, ipsa lege quandoque potentior est, unde fit, ut Novella Leonis hodie in foro non attendatur. Circa prædicta haberem quidem aliquot adhuc pulchra notabilia, sed quia odiosa sunt restringenda, ideo remitto vos ad praxin, ut ista omnia aptius ex ipsis rerum documentis in usu quotidiano cognoscatis.

Ad Mandatum Regium cum Privilegio


*Pro Cancellarius manu prop.*

Explicet, explicuit, cætera praxis habet.

F I N I S,



O VINCEN-



VINCENTIUS OBSOPOEUS  
DE  
ARTE BIBENDI.

THE HISTORY OF

OF

THE RIBBON

A



Gr

D

2

6

5

2

U

H

B



## VINCENTII OBSOPOEI

D E

## ARTE BIBENDI

## LIBER PRIMUS.



*I quis in hac artem non noverit  
urbe bibendi*

*Me legat, & lecta doctior arte  
bibat.*

*Arte laboriferi tolluntur in astra  
Colossi:*

*Arte per undisonas navita cur-  
rit aquas.*

*Grossus audaci quoque Dardalus arte volavit:*

*Nullus erit, qui non vincitur arte, labor.*

*Dulcia symposiis ne vina bibamus inepti,*

*Et Bromius nobis arte colendus erit.*

*Qui nisi precipua, sicut decet, arte colatur,*

*Iratum cultor sentiet esse Deum.*

*Sicut enim est placidus, sic intractabilis idem*

*Cum spreto indigne numine cultus erit.*

*Si bibis indocte sunt noxia vina bibenti:*

*Sunt bona, si docte dulciora vina bibis.*

*Quam scètere igitur certa est opus arte bibenti:*

*Qui cupis hanc nostro disce magisterio.*

*Usus opes monet hoc: vati parete perito:*

*Non fluit hic vana falsus ab arte labor.*

*Hanc multo bibula partam sudore palæstra*

*Artem non fictam trado juvena tibi.*

*Bacche pater vatium, dulcissime Bacche deorum,*

*Tu mea nectareo corda liquore move.*

Non ego compositis hedera lauroque coronis  
 Cingere divinum quero Poeta caput.  
 Talia grandiloqui sumant sibi premia vates,  
 Qui fera sublimi carmine bella sonant.  
 Pampineis potius cingas mea tempora sertis:  
 Nam Bacchi vatem bacchica ferta decent.  
 Fac felix plenis spumet vindemia labris:  
 Impleat ut magnum qualibet uva cadum.  
 Proveniant largo genialia gaudia fructu,  
 Horreat ut messes vinitor ipse suas.  
 Non mage Pieriis crescent mea pectora flammis,  
 Quam mihi scribenti si nova musta dabis.  
 Non ego Castalias nunc postulo servidus undas,  
 Non sitio Aonias ambitiosus aquas.  
 Arida vitifluo mea prolue guttura rore,  
 Si tua vis tolli carmine sacra pater.  
 Haud mihi mens ardet lurconum scribere turba,  
 Nocte dieque tuas qua male perdit opes.  
 Symposium licitum, concessaque vina canemus,  
 Non erit in nostro carmine lurco bibax:  
 Non turpis comedo, non ebrietate frequenti  
 Infames, penitus gens odiosa tibi.  
 Qui neque sunt factis, neque fronte, vel ore pudici,  
 Omnem qui superant sorbitione modum,  
 Quêis nihil est pensi, quêis spernitur omnis honestas,  
 Hos ego submoveo prorsus ab arte mea.  
 Quos bene non homines, sed fœdos judico porcos,  
 Et si quid porcis fœdius esse potest.  
 His mea pleetra sonant ratio quos tangit honesti,  
 Et quos ducit honos, & bona fama movet:  
 Cum quibus audebunt matres potare pudica,  
 Castaque non lasa virgo pudicitia.  
 Et ne longa brevem vincant exorsa libellum,  
 Hinc meus à primo carcere currat equus.  
 Principio triplici bibimus ratione modoque,  
 Scilicet aut nostra pocula sola domi,

Aut aliquos nobis sorbendo ad vina sodales  
 Jungimus, egressi quolibet ante foras.  
 Sive frequentantes convivium publica lati  
 Cum populo bibimus conveniente merum:  
 Sape à cognatis, à saepe vocamur amicis,  
 Ad sua nos sponsus gaudia saepe vocat.  
 Illi ut inoffense mensis data vina bibamus,  
 Hæc tria materies carminis hujus erit.  
 Jam quicumque cupis vino genialiter uti,  
 Et vis jucundæ vivere, vive domi.  
 Fertur amica domus, fertur domus optima: nusquam  
 Vivere commodius liberiusque potes.  
 Præcipue tibi si fuerit dilecta jugali  
 Legitime conjunx associata toro.  
 Hæc præserte domi Leni ser sacra Lyco,  
 Hæc erit una satis dulce sodalitiùm.  
 Quos potes uxori fida præferre sodales?  
 Quos illi fratres præposuisse velis?  
 Fidior est sociis, est fratre fidelior uxor,  
 Et matris vincit candida nupta fidem.  
 Rara fides sociis: semper fidissima conjunx,  
 Cujus in audebis fundere quæque sinum.  
 Sollicitis tecum consumitur anxia curis,  
 Sustinet hæc totam sedulitate domum.  
 Illa tibi paribus curis respondet, & æquat  
 Illa tui flammæ cordis amore pari.  
 Hæc studiosa tibi servit dominoque viroque,  
 Te colit atque sovet pectore, mente, sinu.  
 Exhilarat tristem, pressum levat illa dolore,  
 Semper in æquali parte laboris adest.  
 Delectat casto Veneris te munere, crebro  
 Prole nova latum te facit esse patrem.  
 Cuncta domi audebis: dominaris in adibus ipse,  
 Tecum, quem possis ledere, nemo bibit.  
 Sola meri tecum fruitur dulcedine conjunx,  
 Qua nunc assuevit moribus apta tuis.

Gnara tua vitaeque tui jam gnara ferendi.

Dictorum patiens & bene docta tuum.

Obsequio majore tibi devincis amorem

Conjugis: hac tecum si data vina bibit.

Plusque voluptatis cyatho decerpis ab uno,

Quam si persiccas dolia plena foris.

Non ita se vilem tibi sentiet esse marito

Charam, sed cordi funditus esse tuo.

Nec molli-solum te vita rebitur uti,

Sola domi vacuos dum sitit ante focos.

Ex animo gaudere potes, ridere solutus,

Et qua bucca feret dicere cuncta licet.

Sic non pauca domi potans vitabis acerba,

Qua tibi potanti sunt subeunda foris.

Occultos morsus, jocularia dicta, salesque

Obliquos, lingua scommata multa mala.

Et derisoris sannas, nasum atque cachinnos,

Scurrilique leves garrulitate jocos:

Insuper indecores turpi certamine rixas,

Qua surgunt causa saepe movente levi.

Dic age te quoties ad vina aliena profectum

Poenituit propriam deseruisse domum?

Vel cum rixantes linguis es passus amaris,

Aut alia ingenuo non bene digna viro.

His pejora domus prohibet tranquilla: bibentem

Qua foris assiduo turbine saepe petant.

Venari nemo tua dicta studebit iniquis

Auribus, ut cupidis efferat illa foras.

Saepe quod externe fit ubi temere excidit ore

Prodit per jugulum vox reditura suum.

Quam dent tuta tibi jucundaque vina penates,

Carmine perstrinxit jam mea Musa brevi.

Sed quis cuncta domus comprehendere commoda possit?

In qua pax & amor regnat & alta quies.

Qua melior poterit, nec tutior esse receptus,

Quem tumidis ventis rara procella movet.

Cui

Cui nunc arrident soli sua tecta bibenti.  
 Illi quam doleo nil opus arte mea est.  
 Illi ego non statui formam, normamque bibendi  
 Condere, cui fas est vivere more suo.  
 Illius haud nostras veniunt sub pocula leges,  
 Sed bibat arbitrio, cum libet, ille suo.  
 Arque sua utatur vitæ ratione Magister  
 Et rector propria sub ditione domus.  
 Sed tamen hoc caveat, ne sit nimis ore procaci,  
 Et ne, quam deceat, liberiora sonet.  
 Aut quæ offendiculo teneris sint auribus, aut quæ  
 Proditæ per famulum sint nocitura tibi.  
 Quos tibi sunt famuli, totidem tibi sunt inimici,  
 Horum atque illorum fluxa perinde fides.  
 Invulgant audita semel simul atque relinquunt  
 Non bene tractati tecta prioris heri.  
 Talia quo possis vitare pericula cautus  
 Fac studeas lingua parciore esse tua.  
 Aut tibi servorum probitasque fidesque tuorum  
 Pluribus indiciis sit bene nota tibi.  
 Plurima saepe domi securo effundimus ore,  
 Cum natar in madido lubrica lingua loco,  
 Quæ vulgata foras pariunt convitia, lites,  
 Probra, simultates, jurgia, bella, minas.  
 His obstitendis potandum est semper honeste,  
 Et sumenda tua vina modesta domi.  
 Adibus in propriis si quis solet esse modestus,  
 Ille foris facili more modestus erit.  
 In summa, studio fuerit dominoque, patrique,  
 Ut sit honestatis regula justa suis.  
 Et foris atque domi sobria vita decet.  
 Et foris atque domi sobria vita decet.  
 Ordinis hæc nostri lre viter sint dicta maritis,  
 Quas extra strepitum vina quieta juvant.  
 Quæ si non leviter fuerint præcepta secuti,  
 Haud dubio nostra doctius arte bibent.

Perge Lyæ mero properantem impellere vatem,  
 Fortius hoc nunquam calcar habere potes.  
 Et quamvis ultro curram non segniter, illud  
 Ultro currenti, si sapis, adde tamen.  
 Tu facis ingenium, tu das in carmina vires,  
 Frigida cœlesti corda calore moves:  
 Tu melior Musis, tu major Apolline, solum  
 Censeo te doctis vatibus esse patrem.  
 Jam nova mi facies, oritur nova forma bibendi,  
 Cernis opus nobis viribus esse novis.  
 Nam prodire libet: privataque linq̄ere tecta,  
 Et gustare foris pocula sumpta placet.  
 Progressum lepidos juvat accessisse sodales,  
 Multum letitiæ turba sodalis habet.  
 Esto, domus sit amica, domus & optima semper,  
 Omnibus haud tamen est uxor amica domi.  
 Sunt quibus est rixosa domi morosaque conjunx,  
 Qualis Xantippe Socratis illa fuit.  
 Mitius est longe cum demone vivere nigro,  
 Quam semper talem pertolerare feram.  
 Vivat tarda sua testudo semper in aula,  
 Et vetula ardentem murmuret ante focum:  
 Dignos luce viros custodes esse domorum  
 Dedecet: & conchis vilibus esse pares.  
 Et quis continuos queat exhaurire labores?  
 Quis semper studiis invigilare potest?  
 Laxanda mentis cura sunt atque dolores,  
 Quarendum facili mente levamen erit.  
 Sunt etiam fessi refovendi corporis artus,  
 Sunt celebranda suo tempora festa mero.  
 Non rubor est festa tibi luce madere Tibulle:  
 Nec mihi sit festa luce madere rubor.  
 Adde quod humane dediscit munia vitæ,  
 Qui latet exclusis omnibus usque domi.  
 Et sensim brutescit iners, morosus, ineptus  
 Redditur, aspecta dummodo luce stupet.

Convictus hominum vitat fugitatque petosus,  
 Hoc unum memori semper in ore tenens.  
 Nemine delector, nemo est mihi gratus amicus,  
 Cum solo est dulcis nemine vita mihi,  
 Qui cupis ergo domo mecum potare relicta,  
 Gaudentique hilarem sumere fronte diem.  
 Atque misanthropi despecto more Timonis  
 Convictus faciles, & bona vina sequi,  
 Per magni referre puto culturus Iachum  
 Sorbendo vino cum quibus esse velis.  
 Quos compotores tibi, quos velis esse sodales,  
 Tum quibus ornatos moribus esse petas,  
 Esse enim haud aptos, vere liquet, omnibus omnes,  
 Ni sint ingenio, moribus, arte pares.  
 Inter dissimiles rara est concordia, crebro  
 Surgit ab imparili turba sodalitia.  
 Navita cum nautis poterit: cum milite miles:  
 Cum pastore bibat pascere doctus oves.  
 Cum medico medicus: cum rura colente colonus:  
 Cum sutore colat pocula sutor iners.  
 Cum monacho monachus: cum vespillone pitisset  
 Pollinctor, blanda cum meretrice lupa.  
 Lictori lictor, sed scriba scriba propinet,  
 Lurco lurconi, mulio mulotriba.  
 Auriga aurigam jungat sibi, verna sodalem  
 Quarat ser vile conditione Syrum.  
 Denique quisque parem quarat sumatque bibonem  
 Qui sibi, quique suis moribus aptus erit.  
 Haud agre coeunt similes parilesque sodales  
 Natura, studiis, moribus, arte, statu.  
 Ne fallare tamen delectu, providus esto,  
 Sunt etiam similes, saepe parum similes.  
 Nec semper similis similem delectat amicum,  
 Dissimilis si sit moribus ille suis.  
 Quo minus hic erres, fas est audire magistrum,  
 Et placida susus condere mente meos.

Elige jucundos sincera mente sodales,  
 Festivus, comes, & gravitate probos,  
 Et pietate graves, & religionis amantes,  
 Quos non ulla tenet vana superstitio.  
 Ore verecundos, dictis, factisque modestos,  
 Quos fovit casto docta Minerva sinu.  
 Quos Musa, & Charites, Cyllenius, acer & arca  
 Delius ornarunt munere quisque suo.  
 Eloquii virtute, lyra, placidisque camænis,  
 Humanis animis, dulcibus ingeniis.  
 Doctrina varia, candore, pudore, lepore,  
 Affatu facili, gratia, amore, fide.  
 Cecropia doctos lingua, gnarosque latine,  
 Qui nova cum priscis denique multa tenent.  
 Quos ducit virtus, & amor contingit honesti,  
 Ulla nec ad vitium prava cupido trahit.  
 Tempore jam longo quorum probitasque fidesque  
 Pluribus indicis sæpe probata patet.  
 Tales te nunquam cogent ad pocula, nunquam  
 Hi tibi ductores ebrietatis erunt.  
 Sed magis impense virtutum exempla bonarum  
 Plura sequenda tibi sobrietate dabunt.  
 Hac persuasa tenens consortia prava cavebis,  
 Dummodo te studeas insinuare bonis.  
 His cum putabis convivium lata subintrans,  
 His cum vicina sede sedere stude.  
 A bona namque bonis disces, deperdere mentem  
 Acceleras prava cultor amicitia.  
 Propterea convivere bonis, testaboris olim  
 Me bene discipulis consuluisse meis.  
 Talis enim semper vulgo censebere: quales  
 Hi, quibus adjunctis pocula sumis, erunt.  
 A sociis de te subsurgit opinio vulgi,  
 Fama perit pravo clara sodalinitio.  
 Ergo graves tibi junge viros, tibi junge modestos,  
 Si famam clara nobilitatis amas.



Sic tibi non ulla fuerit opus arte bibendi,  
 Quam quod honestatis te moderere modo.  
 Quin etiam tibi si potes associare potentes,  
 Qua poteris proceres associare stude.  
 His tibi concilia suavi dulcedine morum,  
 Et facili vita commoditate tua.  
 Obsequio & cultu, tum prompto pronus honore,  
 Et quocumque potes nomine junge tibi.  
 His cum saepe bibens firmos tibi jungis amicos,  
 Qui gravibus presso rebus adesse queunt.  
 Per quos divitias, per quos nactus honoros,  
 Magnarum rerum, culmina summa petes.  
 Qui prodesse queunt potius sectare sodales,  
 Unde accrescit honos utilitasque tibi.  
 Hunc hominum de se non turbat opinio valde,  
 Qui sibi cum quovis vina colenda putat.  
 Cujus nulla sonant viva praeconia laudis,  
 Sed latet obscuro vita sepulta loco,  
 Nec spectata fides, sed abit sine pondere nomen,  
 Nec vulgo meritis gratia nota nitet.  
 Vilis erit celebrans cum vilibus origia Bacchi,  
 Quo te mancipium vile juvare potest?  
 Clarus eris claris, & magnus habere magnis  
 Conversans, ideo cautior esse stude.  
 Primum difficiles praefractis moribus omnes  
 Effuge, pectoribus ferrea corda gerunt,  
 Stirpe sati humana non sunt, de tigride nati,  
 Effera quos aluit lacte leana suo.  
 Sensibus humanis vacui, quibus omnia sordent,  
 Quorum dura tenet pectus amarities.  
 Letitia non sunt, non sunt genialibus apti  
 Symposiis, tristes & sine amore feri.  
 Qui tacito stomacho rabiosum pectus edentes  
 Omnibus oblatrant dicta molesta canes.  
 Cui nam quae so queat, cui nil placet, ille placere?  
 Et nisi quae solus fecerit acta probat?

Tales ad Bacchi latices admittere noli,  
 Explicita quoties vivere fronte cupis.  
 Rixosos etiam caveas fugiasque sodales,  
 Ingenio primis haud meliore satos.  
 Diffona sanguineis illos discordia rixis,  
 Bellaque tranquilla pauci inimica juvant.  
 Aptius hoc genus est, ut Martia castra sequatur,  
 Et gerat audaci praelia dira manu:  
 Leta verecundi quam quod convivium Bacchi  
 Conturbet rixis criminibusque suis.  
 Semper inhumanum, saevus est semper in armis,  
 Atque ferox omni commoditate caret.  
 His adde inflatos sublata mente Thraiones,  
 Invisum cunctis sacrilegumque genus.  
 Obstreperum atque loquax, quo nil jactantius us-  
 Quo nihil in terris vanius esse potest. (quam  
 Quos excacavit ridenda philantia, qua se  
 Obstante haud unquam noscere rite queunt.  
 Pocula convictu redduntur acerba Thraionum,  
 Quamvis nectareo vina liquore fluant.  
 Est vitiosa sui jactantia, multa molesta  
 Ingerit, & secum tadia multa trahit,  
 Subsannant quosvis, ignari cedere cuiquam,  
 Doctos despiciunt: despiciuntque bonos:  
 Cumque nec ingenii virtute, nec arte politi  
 Eminent, omni non nisi parte rudes:  
 Censores vera tamen hi virtutis iniqui  
 In cunctis primas rebus habere volunt.  
 Fabula narratur, sunt vates atque poeta,  
 Cantatur, superant vocibus Hermogenem.  
 De pugnis sermo est, sit mox invictus Achilles.  
 Et memorat nunquam praelia visa Thraio.  
 Artes laudantur, artes laudabit & ipse,  
 Ludis carminibus, versificator erit.  
 Denique cujuscunque rei sit mentio, semper  
 Hic Thraiso materiam garrulitatis habet. p. 4-

Præcipue infamen qui deposuere cucullam,  
 Et profugi cellas deseruere suas.  
 Hos ego te jubeo summe vitare sodales,  
 Hoc totum genus est, tyro novelle, nigrum,  
 Nigritiem vestis possunt deponere, mentis  
 Nigrarem nulla cum ratione queunt.  
 Exsuperant survos animi nigredine corvos,  
 Exsuperant atram, crede nigrorepicem.  
 Quæ assueta diu comitatur hypocrisis, atque  
 Quæ sovit mendax monstra, monstra diu.  
 Callida adulandi gens, prudentissima fraudis,  
 Fallere docta caros, fallere docta rudes.  
 Omnia blanditiis miris in pectora serpit,  
 Syncere nullam diligit atque colit.  
 Et quis pejores nobis dabit ardeliones?  
 Nomine quo solo monstra cavenda reor.  
 Hoc tamen haud omnes volui perstringere versu,  
 Hos etiam nidos deseruere boni.  
 Sunt qui palladio nutriti lacte sinuque  
 Doctrina præstant, ingenioque valent.  
 Sed quiarara avis est quem quarimus, hisce bibendo  
 Si poteris aqua mente carere, care.  
 Canobii redolent viriantem pocula lernam,  
 Cetera celabo carmine pressa meo.  
 His cum Blasphemos, & magni numinis hostes,  
 Tartareas pestes qua potes arte, fuge:  
 Qui Christi corpus cum sanguine ter venerando  
 Spurcifica ledunt impietate truces.  
 Nunquam surrexit major blasphemia, nunquam  
 Auditum est fando majus in orbe scelus.  
 Nulla lues adeo mortalibus obfuit unquam,  
 Nulla adeo terris est nocitura lues.  
 Quantum sacrilegi terris nocuere magistri,  
 Qui sua ne Christus regna gubernet, agunt.  
 Quot miseris animas nigro mersere barathro?  
 Dum Sacramentum corpus inane docent.

Ergo

Ergo fuge has vomicas, suriasque facesque, luesque  
 Consultum vitæ si cupis esse tua.

Quæris num tibi sint cum nullis vina Papistis,  
 Cumque cuculligero vina bibenda grege?

Si cum Judæis, cum Turcis pocula sorbes,  
 Quis cum Papistis sumere vina vetat?

Plus ferè amicitia, candoris plus & amoris,  
 Plus reperi officii, plus & amoris ego

Sæpe penes aliquem civili mente Papistam,  
 Quam penes innumeros ore subinde pios.

Si non blasphemi fuerint potando Papista  
 Cum non cur illis vina jocosa colam?

Insuper & fidos nusquam bibat inter amicos  
 Rimarum qui ceu Parmeno plenus erit.

Libera potorum qui dicta eliminat, & qui  
 Futilis atque loquax nil reticere potest.

Nobiscum sorbere volens sit Pythagoreus,  
 Audiat, auditum mutus Amycla tegat.

Adde quibus studio est alienam carpere famam,  
 Nomen & absentem rodere more canis.

Candida probrosa carent tua posula lingua,  
 Quod bibis alterius sit sine labe merum,

Pectoris impuri certissimus ille character,  
 Et prava mentis dicitur esse nota.

Vicini ne vos maculasque referre libenter,  
 Ejus & illoto volvere in ore decus,

Limina quam nigri censes fugienda barabris,  
 Tam tibi vitandos hos quoque rere viros

Quorum vox non est cum pectore consona, quorum  
 Laeva manus panem, dextera fert lapidem.

Assentatores blandos, simul atque bilingues,  
 Vulpinos, duplices, ambiguosque puro.

Adde lacutores mendacia vana vomentes,  
 Immodica cunctos garrulitate necant.

Est aliena etiam pars concedenda loquela,  
 Inque vicem sermo suscipiendus erit.

216

Nec quadruplator siccabit pocula tecum,  
 Non viriligator, non sycophanta malus.  
 Et si quos alios vitiis minimeque ferendis  
 Criminibus turpes noveris esse, cave.  
 Qui tibi sectandi sunt, vitandique sodales,  
 Diximus: hos memori mente animoque tene.  
 Quod superest studeas, tibi quos adungere gestis,  
 His ut persimilis moribus esse velis.  
 Composita vita, virtutibus, integritate,  
 Candore ingenii, simplicitate, fide,  
 Atque ornamentis aliis probitatis honesta,  
 Si potare cupis non sine laude merum.  
 Turpe foret, si tu cuperes virtute sodales:  
 Eximios, vitiis omnibus ipse scatens.  
 Sic itaque instructus convivium lata frequenta,  
 Torus agens id, quod postulat ille locus.  
 Postulat ille locus retricos haud fronte Catones.  
 Nec Curios torvo, crede supercilio.  
 Nec ficta sophia querulos rigidosque magistros,  
 Nec ficta tristes religione Numas.  
 Non fert rigentes: non fert à funere mæstos  
 Ille locus: nec quos sollicitudo premit.  
 Aut dolor occultus, seu cæco vulnere cura,  
 Sive malum tacita quod grave mente latet.  
 Vult hilares, comes, jucundos atque lubentes,  
 Urbanos, faciles, libera corda metu.  
 Accedas igitur convivium fronte serena,  
 Ostendes vultu nubila nulla tuo.  
 Si qua latens mæstum forsant te cura remordet,  
 Protinus in primo limine pone crucem,  
 Aut illam sumptò quam primum pelle Lyao,  
 Certior est curis nulla medela mero.  
 Discussis illis renitentem exporrige frontem,  
 Non bene cum latis tristitia corda sedent.  
 Non bene cum siccis sedet ebrius, nec bene siccus  
 Cum madidis inter pocula plena sedet.

Ad vultus alios debes effingere vultum,  
 Et facere, id quod lex præcipit illa vetus,  
 Ne tua symposium letum frons turbida turbet,  
 Sed sit depulsa nube serena tibi.  
 Exhibeas temet dictis factisque modestum,  
 Hac te potantem regula prima decet.  
 Sis comis, facilis, placidus, jucundus, amantissimus  
 Obsequio, & morum commoditate placens.  
 Non quod palponis jubeam te munus obire,  
 Non petit hanc à te candida turba vitem.  
 Sed studiis jubeo te subservire bibentum,  
 Ut quæcunque placent his, placeantque tibi:  
 Non aliud studium, non oblectatio per te  
 Quæsitæ inviros cogat iniqua sequi.  
 Ipse sequens illos turba te dede sodali,  
 Sic adversantis damna cavere potes.  
 Nulli te, quanquam melior, præponere certes  
 Si non convivis vis odio esse tuis.  
 Sic tuus invidia reperit sine culte Terenti  
 Et laudem & socios Pamphilus ille pares.  
 Seria de rebus si disceptatio surgit,  
 Ipse tua mentis non velis esse tenax.  
 Stultitia est ingens præfractum pectus habere,  
 Qui sapit, haud graviter cesserit ille bonis.  
 Tu tamen appposito jam vini nectare, nulla  
 Seria convivis, discutienda refer.  
 Cui sapere est animus, quarat jejuna sophorum  
 Tecta, ubi sit nimio sobrius ore loquax.  
 Bacchus non nimium quarit sapientia verba,  
 Quæ tradit miseris Stoica scæta scholis.  
 Est opera pretium semper meminisse decori,  
 Et nosse exacte quid loca quæque decet.  
 Quodcumque sophi stolide inter pocula certant,  
 Tunc ego me miserum morte perisse velim.  
 Symposiis nullos studeas inferre libellos,  
 Hic ubi potandum est seria nulla legas.

Est presente mero sapere ostentatio vana,  
 Si sapis, & locus hic quæ cupit, illa sape.  
 Aut te omnem dicam semel amisisse saporem,  
 Præ nugis sapiunt, cui bona vina nihil.  
 Nulli os læde procax sorbenti pocula tecum.  
 Delectare joci: sint sine dente joci.  
 Si cupis urbanus, si vis festivus haberi,  
 Et gaudes salibus, sint sine felle sales.  
 Innocuo innocuus profer sermone lepores,  
 Fac tua non ullum scommata falsa petant.  
 Arzutum dictum, veterem quam perdere amicum  
 Malis, quid scurræ vanius esse potest?  
 Improba qui petulans dicteria jactat in omnes,  
 Perfrita nescit fronte pudere magis.  
 Propterea nunquam scurrilibus utere dictis,  
 Sapius his magnus dissociatur amor.  
 Nam si forte petes aliquem, petet ille vicissim  
 Teque pari faciet scommate ridiculum.  
 Hinc ira, hinc odium, hinc veteres perduntur amici,  
 Res opibus cunctis anteferenda Mida.  
 Plurima materies urbanis ludere dictis  
 Quærenti, quibus & gratia major inest,  
 Et nihil offensa: Quid enim quando unus & alter  
 Riserit, & tactus scommate corde dolet?  
 Sunt lepida historia, sunt dulcia carmina vatum,  
 Hac in symposiis tum recitanda puta.  
 Hinc tibi sume sales, studeas hinc salsus haberi,  
 Unde potest læsum se, puto, nemo queri.  
 Adde hinc depromptum, sicut Læda, falerno  
 Nepenthes, misera pharmaca tristitia.  
 Qui volet urbanis festiue ludere dictis,  
 Cecropio decet hunc permaduisse sale.  
 Hoc si non fuerit tua crassa Minerva salita,  
 Majori poteris laude silere bibens.  
 Promptius haud alio stolidæ vecordia mentis  
 Proditur, ac lingua garrulitate levi.

Pluribus est sapientia opinio parva tacendo,  
 Hanc amiserunt futilitate sua.  
 Hac dum vitâris habita ratione decori,  
 Nil sædum dictu prodat ab ore tuo.  
 Turpia verba procax, obscænaque nomina vitæ,  
 Noxia quæ teneris auribus esse solent.  
 Circumstant tenera juvenes atate ministri,  
 His offendiculo cur velis esse libens?  
 Auctor ludendi nolim tuus esse libenter,  
 Dissolvit multas ludus amicitias.  
 Ira subit, desorme malum, lucrifuge cupido,  
 Hac facit ut cupiam vincere posse patrem.  
 Pocula grata mihi sunt nusquam ubi luditur, atque  
 Semper ubi fallax tessera jacta strepit.  
 Alea apud veteres habita est infamis, apud nos  
 Una sacerdotum gloria, cura, labor,  
 Gymnasium, studium, libri noctesque diesque,  
 Volvere continua quos didicere manu.  
 Quem facit invisum derisa ciconia ludum,  
 Hic tibi cum primis arte cavendus erit.  
 Excitat hic sannas præcordia sæpe moventes.  
 Pluraque qua minime vina quieta decent.  
 Sæpe graves peccant illo pueriliter, & se  
 Turpiter ostendunt, quos capit inde rubor.  
 Non qui vis patiens est risus atque cachinni,  
 Hic præter risum quid rogo ludus habet?  
 Porro ubi symposium trahitur prolixius aquo,  
 Pugnaque ab alterno surgit oborta mero,  
 Lude, supervacui quo vites pocula vini,  
 Et si nulla ferēs præmia, lude tamen.  
 Præstat jacturam modici fecisse peculi,  
 Quam tua damnosis membra gravasse cadis.  
 Materiam risus fugiens ludibria nullum  
 Fac facias, quem vis sed reverenter habe.  
 Semper inoffenso sunt vina bibenda sodale,  
 Nulli tu prorsus sic odiosus eris.



Ridiculos gestus, pedores atque cachinnos  
 Indecores, ructus, cuncta pudenda fuge.  
 Succidus haud esto sputator, sive screator,  
 Ne fras sociis nausea foeda tuis.  
 Si quis & ad cantum te provocat, atque rogabit  
 Exhilaras cantu dulcia vina tuo,  
 Ne sis difficilis, cantorum more, rogatus,  
 Sed cane, si praesto Musica turba, libens.  
 Nec tibi sit potior ludus, post musica Bacchum  
 Sola in symposiis debet habere locum.  
 Musica latificat mœrentia pectora cantu,  
 Cum Bromio compar Musica numen habet.  
 Nectare lugentes Evan; hac carmine mœsta  
 Mente melancholicos excitat atque juvat:  
 Ille calore replet, movet hac præcordia, & intrat  
 Cum vino harmonia viscera tota sonus.  
 Ingentem dulci jungit sibi crimine laudem,  
 Fundere qui doctum novit ab ore melos.  
 Phœmius exemplo est magni citharædus Homeri,  
 Dum canit ingratis carmina culta procis.  
 Solus hic effugit fatum crudele, manusque  
 Dulichias, placida nobilis arte lyræ.  
 Et, quem demirans coluit Phœatia tellus,  
 Demodacus, regis gloria magna sui.  
 Personat aurata cithara cœcitus Iopas,  
 Demalcens Tyrios Aeneadaque vagos.  
 Ifforum est tibi laus laudes imitanda sequenti.  
 Pulsat Apollineam doctus ab arte lyram.  
 Alter dulcisonas percurrat pollice chordas.  
 Quas cava testudo, sic modo fertur, habet.  
 Fistula nec desit, veteres qua dicat amores,  
 Et rude sylvestris carmen avena sonet.  
 Cuncta venustatis delectamenta libenter  
 Exhibeas, tibi qua Musa benigna dedit.  
 Hec præceptorum breviter sit summa meorum,  
 Quam dat amatori Nase poeta suo.

Si vox est, canta, si mollia brachia, salta,  
 Et quacunque potes, dote placere, place.  
 Ut tamen & finem noris imponere cantu  
 Est opus, haud omnes Musica quando iuvat.  
 Ne, sicut faciunt cantores, ipse boatu  
 Perpetuo obtundas arida labra siti.  
 Est saties somni, chorea, cantus, amoris,  
 Tedia sunt nimio nulla movenda modo.  
 Esto propinator comis, sine lite vicissim  
 Ipse propinanti pocula redde vicem.  
 Quod nimium est blande civiliter orerecusa,  
 Si sapit, urgetur te magis ille nihil.  
 Durius invito cyathos obtrudere noli.  
 Non sapiunt stomacho vina coacta meo.  
 Aequae est grande scelus nolentem cogere, quam si  
 Pellitur à gelida cum sitibundus aqua.  
 Vino junguntur, vino solvuntur amici,  
 Nemo tuo jussu vina coacta bibat.  
 Quod satis est pota, modus est retinendus ubique,  
 Omnia finito sunt cohibenda modo.  
 Et quod amatorem docuit modo Naso citatus,  
 Illud idem memori condere mente velis.  
 Certa tibi à nobis dabitur mensura bibendi,  
 Officium praestent mensque pedesque suum.  
 Non ita te rigida potantem lege tenebo,  
 Ut mox peccantem plectere morte velim.  
 Raro contingens noxa excusabilis esto,  
 Carpitur ebrietas quotidiana mihi.  
 Nonnunquam est nobis auctore Platone bibendum,  
 Nec vitium ebrietas qualibet esse potest.  
 Temporibus festis juvat indulgere salerno  
 Largius, inque tuis sancte Lyae sacris.  
 Talia tu nobis caelestia dona dedisti,  
 Talia sunt aris dona ferenda tuis.  
 Hospitibus liceat vino praesentibus uti  
 Fustus, & vita liberiore frui.

Sidonius Bitias pleno se proluit auro  
 Impiger, hunc procerum turba sequuta fuit.  
 Ingeminant plausum Tyrii Troesque sequuntur,  
 Cur ego non plaudam quis prohibere velit.  
 Maximus Aacides vinum esse meracius optat,  
 Legatos castris cum tenet ille suis.  
 Majoremque jubet cratera reponere mensis,  
 Et convivarum pocula cuique sua.  
 A vino sumpsit placandi exordia Vlysses,  
 Haud melius potuit sumere principium,  
 Et persuasisset, bene si potasset Achilles,  
 Non fuit Aacida potio larga satis.  
 Magnanime Aacida heroum fortissime salve,  
 Hec bene subjunxit, cetera verba male.  
 Haud equidem dapibus mensa genialis egemus,  
 Nullius Argivi plus eguistis ope.  
 Sic Danais properata fuit facundia damno,  
 Longius o stolidi Bacchus amandus erat.  
 Est locus & tempus minime damnantia vinum,  
 Flumine quod forsam uberiore fluit.  
 Multa quoque excusat pretium virtusque bibentum,  
 Quare cum magis pocula carpe crebro.  
 Sed ramen ipse stude semper meminisse decori,  
 Ne, quod non deceat, potor ineptus agas.  
 Vive bibens sicut properato carminis dixi,  
 Non haurire merum, perdere, culpa, merum est.  
 Sunt fines rerum, certa est quoque meta bibendi,  
 Si sapis hac nunquam transgrediere sciens.  
 Ne ratio multo submersa vel obruta vino,  
 Fluctuet in mediis naufraga facta cadis.  
 Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, ut tibi curas  
 Eripiat, si qua est inter utrumque nocet.  
 Hac ipsa Liber de causa est dictus Iachus,  
 Masta quod a curis libera corda facit.  
 Quae dixi lepidos inter servanda sodales.  
 Hac tibi cum sponso sunt retinenda magis:

Ne quando ad rēdas genialia festa jugales  
 Non bene compositus tyro vocatus eas.  
 Et vultus vino petulantior plurima pecces,  
 Et risus fias omnibus ipse levis:  
 Et sic contemptum incurras odiumque bonorum,  
 Quod tibi vix adimat denique vita sequenti.  
 Major honestatis ratio, modestia major,  
 Et pudor hic major semper habendus erit.  
 Estque verecundo tibi castius ore loquendum,  
 Propter matronas virgineumque decus:  
 Propter convivas senio & gravitate verendos,  
 Qui mores, gestus, & tua verba notant.  
 Ergo cœnanti civiliter atque bibenti  
 Præcipue ebrietas est fugienda tibi.  
 Ebrietas nullâ nobis ratione probatur,  
 Sola juventutem sobria vita decet.  
 Proximus illius monstrat simulachra libellus,  
 Et vitia antiquo carmine scripta mihi.  
 Hoc velut in speculo, facies turpissima qua sis  
 Fugi lurco madens ebrietate, vide.  
 Quam visam fugias vita aspernatus in omni,  
 Si laudem verâ sobrietatis amas.  
 Prima mihi cepti pars est decursa laboris,  
 Restincta faciam vela secunda siti.

VINCENTII OBSOPOEI  
DE  
ARTE BIBENDI

LIBER SECUNDUS.

**A**dis Bacche pater genialis confitor uva,  
 Et nobis propera funde falerna manu.  
 Grandia nectareo madeant carchesia succo,  
 Francica perpetuo flumine vina fluant.  
 Prolue vitiferos caelesti flumine colles,  
 Et dignare tui munus obire patris.  
 Nos largo tamen imbres tuo perfunde Lyae,  
 In pelagus rapidas auferat Ister aquas.  
 Ne velut aestiuis pereunt fervoribus herbae:  
 Cum vehemens siccos Sirius urit agros:  
 Sic mea tardato pareant arentia potu  
 Gutturata, & exhaustis viribus ora siti.  
 Nec te formosi munus Ganymedis obisse  
 Tedeat, exemplum res habet ista suum.  
 Nectar & Ambrosiam quoties Vulcanus & Hebe?  
 Apposuerunt Deis, semideisque viris?  
 Cum sis Vulcano potior, formosior Hebe,  
 Et te pro Phrygio si Ganymede probo.  
 Cur non esse velis nobis Vulcanus & Hebe?  
 Et Ganymedea fundere vina manu?  
 Sint igitur pleni calices, pateraque, cadique,  
 Sint plena trulla, plena capedo mero,  
 Et phiala vino tumeant: si rectius uti  
 Primus ego docui munere Bacche tuo.  
 Si, licet indocto, celebros tua numina versu,  
 Sedulus atque libens si tua sacra colo.  
 Ego si nullo Bacchi delebile nomen  
 Laudibus aeternis clara per astra fero.

Te melior superis non est Deus additus, ipse  
Dites, formosos, ingenuosque facis.

Tu facis audaces animos, domitaque feroces,  
Hoc sensit Pentheus atque Lycurgus atrox:

Ille quod afflicto cepta orgia rupit Acate,  
Hujus te contra vis quod iniqua sterit.

Quando tuas sevens Nysæ in vertice Nymphas  
Terruit, & trepido fert tibi Thetis opem.

Hoc Indi sensere truces, nautaque maligni.

Quos modo Carpathius per mare gurges alit.  
Spe desperantes, marcentia membra vigore  
Erigis, ignavos sedulitate moves.

Quamlibet informem commendas Bacche puellis,  
Quamlibet afflicti vulnera dura levas.

Rore tuo reficis desolentes funera matres  
Natorum, & lacrymas sistis lache mero.

Paupertatis onus grave tu portabile reddis,  
Et facis ex humili splendida tecta casa.

Artes ipse doces, infanti plurima lingua  
Suggeris e plenis verba diserta cadis,

Ipse tuo dulces immittis munere somnos,  
Ille tuus recreat corpora fessa liquor.

Ipse ter optata remoraris gratia juventa  
Tempora decrepitos nec finis esse senes.

Tu potis es longa spatium transscribere vita,  
Currentes potis es tu retinere dies.

Ipse facis turbam crebro saltare senilem,  
Ipse etiam curvas ludere cogis annus.

Jungis amicitias, Jungis lenae sodales,  
Et tans accendit frigida corda calor.

Ipse potes divos in magno solus Olympo,  
Solutus & ipse homines exhilarare potes.

Denique viti suo demortua corpora succo,  
Ne valeam, si non vivificare queas.

Ferreus est quem non tantarum commoda rerum,  
Et quem non animo Bacchica dona movent.

Haud

Haud sic nostra stupent rigido praecordia ferro,  
 Ut moveat virtus me tua tanta nihil.  
 Quare age chare parens magno cratero repleto,  
 Suffice non lente vina bibenda mihi.  
 Bis dat, qui citodot: bis gratia major habenda est  
 Pro re non magna quae datur empti prece.  
 Cernis ut exhausto sit crater inanis Iacho,  
 Porge coronati vina secunda cadì.  
 Quo valeam partem reliquam superare laboris,  
 Atque suo ceptos claudere sine libros.  
 Tyro bibe, & memori mea dicta reconde salerno,  
 Sobrius auriculas arrige quaso tuas.  
 Ut videas quam sit turpis quam facta voluptas  
 Ebrietas: & quod sobria vita decus.  
 Inter Apellaeas monumenta vetusta tabellas,  
 Quas celebrat scriptis Graecia docta suis,  
 Eximiam tabulam manus ingeniosa reliquit,  
 Utraque cui cedit, quas dedit illa, Venus.  
 Altera quae nuda equoreis emergit ab undis,  
 Altera quae Cois non nisi cepta fuit.  
 Picturam referam, superat praestantia carmen,  
 Et vincit versus ars pretiosa meos.  
 Late diffusus viridi stat gramine campus,  
 Arboribus medio consitus hortus inest.  
 Quem circumducta vallavit sepe nitentem  
 Floribus irrigui culta per arva soli.  
 Multimoda est illic vernorum copia florum,  
 Passim quae facilem pingit amanter humum.  
 Lilia sunt illic, mollis amaracus illic,  
 Et cum sanguineis alba ligustra rosis,  
 Et cum purpureis violaria fusca rosetis:  
 Quid multis? verno cuncta colore nitent:  
 Non sic thure novo spirat panchaia: non sic  
 Vernat odoriferis fertilis hybla rosis.  
 His communis honos campum variabat & hortum  
 Vere novo sicut florida ruta solent.

Hortum præcipuo decorabat vinea cultu,  
 Atque in sæcundis vitibus uva recens.  
 Una dat ingressum sed janua magna patentem,  
 Intrans dextram qua sita parte capit.  
 Exitus Augusto stat limine parte sinistra,  
 Qua tendit raro semita trita pede,  
 Sentibus & dumis & acutis obruta spinis,  
 Prorsus & horrificis aspera facta tubis.  
 Dextera quod tendit per amœna vireta, rosa squæ  
 Molliculas: plantis est via trita crebris.  
 Maximus hac populi est nitidum concursus ad hor-  
 Quam currunt juvenes decrepiti que senes. (rum.  
 Ante fores niveis stabant tentoria velis,  
 Frondosa sedes, gramineique tori.  
 In quibus appositis genitalibus ordine mensis  
 Discumbens epulis advena turba vacat.  
 Conviva roseis redimiti tempora fertis  
 Sumebant hilara pocula fronte meri.  
 Sedibus addiderat Nymphas ætate decentes,  
 Qua mihi sunt visa promere vina cadis,  
 Et discumbenti cyathis apponere turba.  
 Et populam variis exhilarare modis.  
 Harum prima fuit vultu cultuque modesto  
 Sophrosyne præses illius una loci.  
 Hæc adventantes solio composita salutat,  
 Altera per sedes collocat Euphrosyne.  
 Euphrosyne formosa genas & fronte serena  
 Collucens, plausus lætitiæque datrix.  
 Et reliquæ Charites per mollia prata ministra  
 Convivas multa dexteritate tenent.  
 Comiter & populam vino invitare videntur,  
 Palmis portantes aurea vasa suis.  
 Cernitur & populi jucunda bibentis imago  
 Per spondas variis exhilarata modis.  
 Cujus pars certant lucta in viridante palastra.  
 Pars ludunt disco pars pede pulsant humum.



Sunt qui sermonem inter se conferre videntur,  
 Et sunt qui juncta carmina voce canunt.  
 Musica quinetiam praesto instrumenta jacebant  
 Tibia cum cithara, fistula, plectra, lyra,  
 Quid multis? istic habitarunt agmine lato  
 Delicia, lusus, otia, cantus, amor.  
 Plurima mundities frugali splendida luxu.  
 Qua deceat magnos non fugienda Duces.  
 Diffusi animis generosi munere Bacchi  
 Et sumptis epulis pars abiere domum.  
 Compositi & lato testantes gaudia vultu  
 Atque salutata praeside Soprosyna.  
 Pari nondum contenta merotendebat in hortum  
 Multum despecta praeside Sophrosyna.  
 Cujus in introitu rubeis stat faemina buccis  
 Atque saginata crapula dicta cute.  
 Hac capite & geminis ad se vocat agmina palmis  
 Ostendens patulas officiosa fores.  
 Atque ut totius facies tibi discolor horti  
 Nora sit, haec paucis carmina pauca cape.  
 Praesider in medio regali faemina cultu  
 Ebria faemineo cincta satellitio.  
 Pampineis fertis comptos ornata capillos,  
 Et manibus phialam ceu bibitura tenens.  
 Hanc juxta famula pateras calicesque gerentos,  
 Intranti turba vina hibenda ferunt.  
 Quarum prima mihi visa est Dementia dici,  
 Ex habitu & vultu, proxima luxuria.  
 Tertia letheis oblivio nata sub undis  
 Artonite similis, quarta sedebat humi,  
 Quae mihi pigrities langoris filia visa est,  
 Stillantem cyathum semisopita tenens.  
 Quarta furoriferæ sociata paromia rixæ  
 Vtina post hanc in statione stetit.  
 Postremam tenuit vecors insania sedem,  
 Cum rabie & juncto fratre furore sibi.

Has circumfistunt urfi, vituli, atque moleffi,  
 Plurimus & longis auribus Arcas equus.  
 Balantes & oves, hirci cum cercopithecis  
 Atque lupi atque boves, setigerique sues.  
 Ex hominum facie mutati in monstra ferarum,  
 Postquam sœminea vina bibere manu.  
 Intrabant homines humana fronte, manebant  
 Tales humana denique fronte diu,  
 Gustato potu in formas abiere ferinas,  
 Pristina nec cuiquam mansit imago sua.  
 Tanquam circas haurirent pocula siccis,  
 Sic subito formis emicuerere novis.  
 Primum censebam cernendo talia Circen,  
 Reginam in medio stare, nec illa fuit.  
 Sed fuit ebrietas Graeis signata figuris,  
 Πικτυν οἰνοπότρων ἢ βασιλισσῶν μέδον.  
 At qua multiplicum confusio sœda ferarum?  
 Qua vita facies interioris erat?  
 Nam mixtum patulis visa sunt rictibus una  
 Omnes discordi vociferare sono.  
 Ex alia sed parte vomunt de gutture vinum  
 Vinosa indicium simplicitatis oves.  
 Qua egressere canes eadem mox frustra resorbent,  
 In cœno volvunt dum sua terga sues,  
 Serpentesque vomunt diros, viridesque lacertas,  
 Dispeream si te carmine ludo meo.  
 Vaccas & vitulos, ranas vomere atque cicadas  
 Vidisses, gemmas oëtipedesque capros.  
 Porro asini libros, enses cum sustibus urfi,  
 Mures & cattsos evomuere lupi.  
 Indecores saltus exercent cercopithecii,  
 Quorum pars major florea sarta gerunt.  
 Nec procul alternis laniant se dentibus urfi,  
 Et furiunt multa seditione lupi.  
 Quos furor & rabies in mutua vulnera trudent,  
 Ceu geminas acies qua fera bella gerunt.

Parte sed in lava qua cernitur exitus horti,  
 Et via per modicas non bene trita fores,  
 In caeno in vomitu mixtorum foeda animantum,  
 Corpora confuso strata sopore jacent.  
 Partim vulneribus, partim quoque saucia vino,  
 Tanquam caesorum mortua turba foret.  
 Quorum pars surgit discusso languida somno  
 Et repetit celeri lustra priora pede.  
 Pars naeta humanam faciem, sed pelle ferina  
 Testa, petit tenues sobria facta fores  
 Haroque egreditur pedibus male firma graduque  
 Incerto, membris mutila turba suis.  
 Qualem monticula speciem gessere bimembres,  
 Talis semifera turba abeuntis erat.  
 Egressis vetula laqueos & vincla gerentes  
 Occurrunt: captis injiciuntque manus.  
 Et duro faciles castigant verbera vinctos  
 Atque renitentes fustibus usque domant.  
 Quas inter non est in plures saevior ulla,  
 Quam prima articulis attenuata suis.  
 Pallida qua partim, partim rubet ignea vultu,  
 Et nisi me fallunt omnia, febris erat.  
 Savit & in multos membris turgentibus una  
 Hydrops sulphurei crassa coloris anus.  
 Nec furit in paucos scabioso corpore psora.  
 Hos pulsans, illos improba crine trabens.  
 Una sed ante alias sexcentis obsita pannis  
 Afficit omnino corpora nuda flagris.  
 Squalida paupertas cernentibus esse videtur,  
 Mendici specie sordida macra fame.  
 Velivolo curru cum letho vecta senectus,  
 Proterit & juvenes, proterit axe senes.  
 Et plures alia, quarum mihi nomina non sunt  
 Cognita captivos sub juga dura trahunt.  
 Talis Apellea tabula florentis imago,  
 Et facies veteri grammate picta fuit.

Quam tibi, non quali decuit depinximus, arte,  
 Vicit enim hac versus ingeniosa meos.  
 Nunc superest pictis qua sit sententia formis  
 Carmine non longo discutienda mihi.  
 Conspicis hac geminas prisca sub imagine vitas  
 Et speculum siccae latitiae atque methes.  
 Latitiae est extra locus, ebrietatis at intra,  
 Mansio vitigeri florida septa loci.  
 Sed via per campum, qua maxima ducit ad hortum,  
 Copiaque innumerae plebis euntis eam:  
 Significat cupido sectarier otia cunctos,  
 Adque voluptates mente animoque rapi.  
 Sed tamen hos servare modum, & discedere Baccho  
 Perfunctos salva cum ratione domum.  
 Illos ignorare modum tempusque fruendi,  
 Atque ideo in septis lustra diurna sequi.  
 Amissa donec penitus ratione bibones  
 Videris in brutum degenerasse pecus.  
 Nec prius absistunt lustris ratione relictis,  
 Quam illos aut morbus durior inde suget,  
 Aut tandem nudos abigat penuria rerum,  
 Semiferos durae projiciendo fami.  
 Hac est ebrietas, cultoribus ista rependit  
 Dona suis: hosti vix satis apta dari.  
 Ebrietas furiale malum, blandumque venenum,  
 Mellitum exitium, dulcis amarities.  
 Ebrietas vitium desorme: & foeda voluptas,  
 Hanc fuge ceu pestem corporis atque animi:  
 Cui nunc sacra ferunt passim juvenesque senesque,  
 Vesani pulsa sobrietate procul.  
 Hoc mihi crede malo non est praesentius ullum  
 Quo citius perdis corpus & ingenium.  
 Nullius exemplo quamvis movere potentis  
 Quem turpi affectus labe sequare ducem.  
 Non aliud vitium nunc magnas possidet aulas,  
 Quamvis nunc vitis omnibus aula scater.

Sic, velut ebrietas, qua summam prendidit arcem.

Perpetua ebrietas aulica vita modo est.

Nec gratus tumida servit modo sobrius aula  
 Quaestor, eques, consul, milio, scriba, coquus.

Cernis thyriferos passim regnare merones,

Affidua stillant ebrietate duces,  
 Si poteris bone tyro elephanta equare bibendo,

Aulicus ex aulis praemia digna feres.

Non alio studio nunc ordo tenetur equestris,

Quisque cupit multo nobilis esse mero.

Qua rogo nunc alia fatuat vesania cives?

Ebrietas omni regnat in urbe potens

Vinosos servos festa olim luce Lacones

Spectandos natis exhibuere suis.

Quo detestari puerilis disceret atas,

Hoc vitii morum turpia probra videns.

Nunc ipsi patres servorum exempla sequuntur,

Suntque suis natis ebrietate duces.

Sed quid scetatur nisi Bacchanalia vulgus!

Ebria vinosum pocula vulgus amat.

Ebrietas toto breviter non cessat in orbe,

Sunt passim bibulis omnia plena viris,

Hac illa est lato tritissima semita calle

Vadere continue quam cupit omnis homo.

Est in contemptu frugalis vita, libido

Potandi cunctos prodigiosa tenet.

Ducitur ebrietas nunc virtus maxima: nemo

Carpentem hanc sicco rebitur ore loqui.

Queritur hac celebris nunc cunctis gloria: cunctis

Queritur hac nomen, gratia, fama, favor.

Nemo nunc bonus est, nec strenuus esse videtur,

Plurima ni poterit perdere vina bibax.

Nullus eris si sunt ignava ad pocula vires,

Plurima ni sicces pocula, nullus eris.

Quo circa flexos oculos intendere turbae

Qui vult exemplo fallitur ille malo.

Nec degustatam dulci medicamine lotum  
 Deseret ut socii ductor Ulysse tui.  
 Te trahat exemplum nullum blandissima Sirena  
 Si salva e vino puppe natare cupis.  
 Contemplare precor fœdos puer optime mores  
 Et pone ante oculos turpia quaque tuos.  
 Qua bibuli amissa peccant ratione videbis  
 Hac facie nullum fœdus esse chaos.  
 Mutatos homines dices in monstra ferarum  
 Horrida circais esse veneficiis.  
 Tollere clamorem cogeris imagine visa  
 Symposii & motus dicere voce truci.  
 Qua vos vita tenet plusquam pecuina bibosi?  
 Qua furia quaso pectora vestra movent?  
 Hoc non est gaudere, sed insanire bibones,  
 Hoc equidem est vinum perdere, non bibere  
 Vita voluptati quibus est turpissima: quique  
 Virtutem solidam nomen inane putant,  
 Et fama titulum vilem melioris habentes,  
 Sectantur vestri turpia lustra gregis.  
 Exiit hic hominem qui talem vivere vitam  
 Sustinet, & sensus perdidit ille suos.  
 Nullum sic brutum, neque bestia sic bibit ulla  
 Mensuram potus nam pecus omne tenet.  
 Ergo solus homo jam bruto turpior omni  
 Potandi nullum novit habere modum?  
 Quem Deus ipse sua formavit imagine: quemque  
 Egregiis animi dotibus excoluit:  
 Ille feras omnes, animalia cuncta pudendus  
 Exsuperat fœda, bestia spurca, gula.  
 At von ille sator jucunda vitis in orbem  
 Sparsit in hoc placidi munera grata meri.  
 Non jubet eximius temere nos rebus abuti,  
 Dummodo sedanda sunt data vina siti:  
 Non prohibet justum sumendi nectaris usum.  
 Sed neque cum genio bella gerenda docet.

Affid  
 Ebr  
 Sed n  
 Ha  
 Quip  
 Im  
 Errast  
 Cul  
 Crebr  
 Ebr  
 Quali  
 In e  
 Nemo  
 Bac  
 Respic  
 Com  
 Nemo  
 Juc  
 Nemo  
 Nen  
 Qui n  
 Vix  
 Sed nu  
 Cur  
 In qui  
 Hoc  
 Protin  
 Pri  
 Pocula  
 Pot  
 Et vet  
 Prom  
 Ex alia  
 Cujus  
 Jam qu  
 Qua

Assidua graviter fert ebrietate madentes,  
 Ebrietas vitio continuata datur.  
 Sed neque mox properans, quoties sitientius equo  
 Hauseris iratus currit ad arma pater.  
 Quippe potest fieri ut Bacchi dulcedine captus,  
 Imponant animo vina dolosa tuo.  
 Errasti imprudens: facit hoc placabile crimen,  
 Culpa frequens digna est crimine, rara vacat,  
 Crebri supplicium lapsus pœnamque merentur,  
 Ebrietas pœna est afficienda frequens.  
 Qualia nunc agitant ferme convivium nostri,  
 In quibus ebrietas arce suprema sedet.  
 Nemo contente, nemo frugaliter istic  
 Bacchi concessa pocula more colit.  
 Respice convivas ab amico sorte vocatos,  
 Comperies equidem me tibi vera loqui.  
 Nemo sepositis diffusus nectare curis  
 Jucundis querit solvere corda jocis,  
 Nemo sophrosynen dignatur honore modestam,  
 Nemo respectum sobrietatis habet.  
 Qui non equali cursu contendat in hortum,  
 Vix nunc in toto cernier orbe datur.  
 Sed nunc bella vide patria convivium nostræ,  
 Cur procul exemplum lector amice petas?  
 In quibus ut madidos hospes dimittat amicos,  
 Hoc studet, hoc cunctis nititur ille modis.  
 Protinus infuso certant pugnare Lyao,  
 Primum uno gemino mox calice, inde tribus.  
 Pocula siccantur, cyathi vertuntur in orbem,  
 Et vetus atque novum vario cratere falernum  
 Promitur, hic veteri provocat, ille, novo.  
 Ex alia rubei veniunt de parte coloris,  
 Cujus perspicuo vina bibenda vitro.  
 Jam quis factitia atque exotica vina recenset?  
 Quæ saltem ingluvies pocula profunda vorat,

Accedunt madida Cereris conjuncta Lyæo  
 Pocula non æquis, credo, reperta Deis.  
 Mox abaci vino stillant, & scamna lavantur,  
 Perfusumque bibit plurima vina solum.  
 De mensis currunt crescentia flumina rivis,  
 Haud visirato sunt mihi nare cado.  
 Tantus adest luxus, tanta est profusio vini,  
 Tot submersa mero pocula plena fluunt.  
 Non movet hæc quemquam facies turpissima, dicunt  
 Hic hic Germani discubere boni.  
 Sed postquam indomitum vicit præcordia vinorum,  
 Et natat in madido lubrica lingua loco.  
 Quam tunc spurcitiem, qua tunc obscæna, pudore  
 Absterse, profert ebria turba precor?  
 Hic nullus verbis pudor, aut reverentia mensæ est,  
 Hic ratio casta nulla pudicitia.  
 Hic nusquam tenera puororum parcitur auri,  
 Dicuntur vitæ noxiâ verba pia.  
 Premitur obscæna Milesia fabula lingua,  
 Historia molles, turpia furta, Venus.  
 Jactatur madido Ficulnus in ore Priapus,  
 Narrantur Cypriæ prælia spurca Deæ:  
 Turpia ridicula cantantur carmina Musa,  
 Et mera postremo mensa venena vomit,  
 Ecce tibi porcos serpentibus atque lacertis  
 Plenos, serpentum virus ab ore vomunt.  
 Viperatam præsens, nec habet Salamandra venenum,  
 Non anguis, Dipsas, Bufo, Lacerta, Drach.  
 Noxia lethiferi haud est sic facies Basiliscæ,  
 Lurida non adeo sic aconita nocent,  
 Non insomnifica tantus reor aspide vires,  
 Nec tantum immundus stellio virus habet,  
 Quantum habet illorum turpissima mensa venenis  
 Et quantum illorum perditâ lingua nocet.  
 Quilibet urbanus lepido studet ore videri,  
 Vult quisque hic alium vincere spurcitiâ. Et

Et qu  
 Obj  
 Adde  
 Qu  
 Depo  
 Et  
 Quid  
 Im  
 Fertu  
 Vin  
 Mens  
 Cr  
 Sobri  
 Ha  
 Nam  
 Eff  
 Dede  
 Qu  
 Hi p  
 A  
 Sunt  
 De  
 Scrut  
 Qu  
 Quid  
 Po  
 Quos  
 Di  
 Hic  
 Ex  
 De sa  
 Du  
 Omni  
 Cen  
 Quar  
 Qu



Et quantum ante mero tanquam nuncturpiter ore  
Obsceno certant verba pudenda loqui.

Adde quod inumeri retegant arcana gulones,  
Qua prius in tacito delituere sinu.

Deposito referunt in apertum condita fuco,  
Et sibimit fraudi lingua gravata mero est.

Quid? quod & infreni vinosis excidit ore  
Improba per jugulum vox reditura suum.

Fertur sera nimis jactata parœmia vulgo,  
Vina gubernaculo non moderata carent.

Mensuram vini superans & mentis & oris  
Crede, potens non est amplius ille sui.

Sobrius occulte tacito qua corde premebat  
Hac stolido cunctis ebrius ore refert.

Nam sicco qua corde latent, hæc ebria lingua  
Effert, atque facit cuncta sepulta palam.

Dedecus ipsa suum, sua cunctis ulcera pandit,  
Quæ bene celerat dissimulata prius.

Hi proprio indicio produntur & infamantur,  
Atque ideo mures turpiter ore vomunt.

Sunt qui ridicule sacra de lege frequenter  
Dummodo jam poti differuisse solent.

Scrutantur rerum mysteria cuncta sacrarum,  
Qua juvet alma pias utilitate fides.

Quid lex, quid Christus, quid gratia prestitit: &  
Possit homo arbitrio lege jubente suo.

Quos Deus æterna præsciverit undique vite,  
Diraque sub stygio quos Fove poena manet.

Hic vero bibulas inter discordia turbas  
Exoritur, pugnam qua parit orta gravem:

De sacris quoties profertur questio rebus,  
Dum negat ingenio cedere quisque suo.

Omnia divina quamvis abscondita legis  
Ceu digitos pugnant noscere posse suos.

Quare prostituunt ventres mysteria Christi,  
Quæ saltem siccis sunt meditanda viris.

O compotores fœdum pecus, ut mihi sæpe  
 Moverunt mollem jurgia vestra jocum.  
 Nam dum ridicula pugna certatis a soti  
 Num bona adhuc opera sint facienda quoque  
 Cernimus haud ullum fieri laudabile factum,  
 Per vos quod pura sit bonitatis opus,  
 Quam quod sat fidi (si Diis placet) estis amici,  
 Dum miseros calices vestra popina vorat.  
 Annuit is facile ut vobis sorbentibus unum  
 Proximus impigre pocula dena bibat.  
 Omnis in hoc vestra pugnae lis cardine pendet,  
 Quod caro sit jussa non maceranda fame,  
 Pluribus hæc verbis haud argumenta bibones  
 Confirmant, factis fortius illa probant.  
 Jussi jejulant nunquam, nec sponte dometur  
 Ut caro, jejuno vivere ventre student.  
 Quippe pigrum semper replent abdomine ventrem  
 Addicti vino perpetuaque gula.  
 Et quæ præcipue capit admiratio multos  
 Non hos ulla fames, non premit ulla sitis.  
 Quo tamen hosce minus vexat sitis abrodiatos  
 Hoc arcus instar largius usque bibunt.  
 Dolia sunt, credo, in quæ vasta Daneja turba  
 Ne quicquam refugas anxia fundit aquas.  
 Quo plus namq; meri crebro in cava guttura fundunt  
 Hoc magis atque magis pocula crebra petunt.  
 Tales immandos Epicuri de grege porcos  
 Efficiunt tantum plurima vina pios.  
 Inde vomit à rudibus quis demiretur a sellis  
 In tabula nunquam quos didicere libros?  
 Interea crescunt secunda tempora vitæ,  
 Iraque contemti non bene spreta Dei.  
 Cælorum dominum bibulorum nemo requirit,  
 Irati nemo nomina magna timet.  
 Fabula sunt superi, stygii sunt fabula manes,  
 Fabula sunt bibulis alta barathra vitis.

Nec, quæ vinosis cœlestia regna negarit,  
 Vox Pauli bibulos dura minasque movet.  
 Quis vero memoret quam dent se turpiter omnes,  
 Hic ubi jam largis incaluerit cadis.  
 Promptius expediam quot monstris mundus abundet,  
 Aut quot alat varias Africa terra feras.  
 Jonia undisoni quot pulsant littora fluctus.  
 Sevus ubi boreas flatibus aquor agit,  
 Aut quot Erythraeo nascantur in aquore conchæ,  
 Aut quot odoratis floreat Hybla rosis.  
 Percurram citius vitia execranda Papatus,  
 Quæ nullus longa scriberet iliade.  
 Quinam lege sua totum deceperit orbem,  
 Christi pervertens omnia verba Dei.  
 Qualibus ille dolis impostor & artibus usus  
 Congessit raptas totius orbis opes.  
 Quotque suis bullis animas demiserit Orco  
 Romanus præsul sanctulus ille pater.  
 Est qui perfusus vino lacrymatur, & est qui  
 Nullum ridendi novit habere modum.  
 Alter opes jaëtat, formosæ conjugis alter  
 Prædicat & speciem, & pignora nata domi.  
 Tertius Irus egens, quanquam ditissimus oris,  
 Deslet egestatis plurima damna sua.  
 Audaces animos gerit inter pocula miles,  
 Sobrius aspecto cominus hoste fugit.  
 Pluribus exhausto crescit sapientia vino,  
 Fitque Solon subito qui fuit ante Midas.  
 Hic furit, ille boat, cacat alter, perbibit alter,  
 Ille quod ingessit turpiter inde vomit.  
 A vomitu stomachum properat implere gravatum.  
 Mox iterum & famulos fundere vina jubet.  
 Sæpe etiam, ô turpes, quicquid vomuere resorbent,  
 Ut canis egestos colligit ore cibos.  
 Aut aliquid sædi & crudi, quod nauseat alter,  
 Sæpe vorant fortes ebrietate viri,

Vitrea vasa, choas, nec sunt a moribus illis  
 In caveis tuta, qua modulantur, aves.  
 Ille refert Cynicos nudis saltare pudendis  
 Non dubitans, quiddam turpius alter agit.  
 Quintus adit rixas, & lingua pugnat amara,  
 Illidens madido pocula fracta solo.  
 Hic fœde ructat, somno jacet ille profundo,  
 Stertens oppletus sordibus & vomitu.  
 Non pauci quarunt amissa veste lutoque  
 Fœdati sera repere nocte domum.  
 Plures ad proprios, ceu sarcina plumbea, <sup>nidos</sup>  
 Portantur: cantat tertius ante fores,  
 Factus amator iners, dicas, mihi crede, luporum  
 Impulsos rabie sic ululare greges.  
 Hac illa est bibula turpis comœdia vite,  
 Cujus ubique viris plena theatra vides.  
 Illa mihi superest actu claudenda supremo,  
 Ut constet numeris fabula tota suis.  
 Nullus in hac patitur vacuus spectator haberi  
 Histrio sed qui vis fervidus esse cupit.  
 Nec gravat hic proceres vilis persona Dromonis,  
 Nec magnos mimos hic pudet esse Duces.  
 Quid facerent plebes, procerum sordente corona?  
 Æmula sunt capiti cætera membra suo.  
 Nec cum de tali nisi parta laude theatro.  
 Querat adhuc firmo nullus abire pede.  
 Nemo tamen scena curat servire decenter,  
 E bibulis populo nemo placere studet.  
 Turpia cordatis crebro spectacula præbent.  
 Et pueris risum saepe movere solent.  
 Vel cum per medias gressu titubante plateas  
 Incedit nimio turba gravata mero.  
 Vel cum nocturnis sunt edita prælia lustris,  
 Mane per insanum commeranda forum.  
 Vel cum magniloqua se jactant voce bibones.  
 Ille quod hesternæ pocula nocte bibis.

Alter quot solus socios Baccho duce victos  
 Compulerit somno tradere membra gravi.  
 Ille quod in somnis tractas per pocula noctes  
 Egerit assidue labra rigante mero.  
 Alter ridenti jurat se voce dies per  
 Jam multos sanum non habuisse caput.  
 Ille quot amissa noctes ratione bibendo  
 Sterterit in sæda forte relictus hara.  
 Est qui de victo se jactitet hospite, deque  
 Tota devicta sorbitione domo.  
 Non licet à bibulis alios audire triumphos,  
 Laude vehunt hausti fixa tropæa meri.  
 Porro quid hac aliud turpis jactantia signat,  
 (Si cupimus recta rem reputare via)  
 Quam semel amissis rationis sensibus, omnes  
 In brutum bibulos degenerasse pecus.  
 Nemo sperabit benefana mentis honestum  
 Ere se turpi sumere posse decus.  
 Ne quemquam credo (nisi sit sceleratus & excors,  
 Turpiter ob vitium turpe placere sibi.  
 Fædus est aliquid, seu turpius ebrietate?  
 Quemlibet immemorem quæ facit esse vi.  
 Quæ parit effrontes, & cora oblita pudoris  
 Cogit in absurdum currere quodque nefas.  
 Quæque sui quosvis sublato jure potentes  
 Dejicit, imbelles invalidosque parans.  
 Ut jam non titubans pes non mens linguaque possint  
 Amplius officium lecttor obire suum.  
 Obruitur gravis immodico sapientia vino,  
 Franguntur multo fortia corda mero.  
 Menades insana Bacchum comitantur inertem,  
 Has nisi lurcones ebria monstra puta.  
 Cunctarum tollit Bacchus discrimina rerum,  
 Atque hominem prorsus non finit esse hominem.  
 Sed tamen hinc clara venantur premia fama,  
 Quærendi hinc bibulos nominis ardor habet,  
Poto-

Potorem invictum dici laus major habetur,  
 Quam dici hecctoreis ausibus esse parem.  
 Hanc a vide famam properant contingere cuncti  
 Laudis: & hanc aliis præripuisse juvat.  
 Si venit è nigro memorabile nomine nomen,  
 Si venit è virtutis candida fama malis.  
 Si parit aternam fugienda infamia laudem,  
 Turpia si præstant lustra perenne decus,  
 Qui non perpetuo victuros tempore speret  
 Infames bibulos dulcis lache tuos.  
 At non infami subsurgit gloria fama,  
 Turpibus è rebus gloria nulla venit.  
 Est ad virtutem tenuis perque ardua callis,  
 Hoc septum duris sentibus horret iter.  
 Hinc ille assequitur celebris præconia fama  
 Qui tolerat casus laudis amore graves.  
 Non vino, virtus sudore paranda, paratur,  
 Et fama crescit sedulitate decus.  
 Sed quæ sunt tandem illius præconia laudis?  
 O bibule aut fama portio quanta bona?  
 Si tua multibibæ vesania scæda corona  
 Laudatur, sanis vituperata viris.  
 Scilicet hinc oritur clarum & laudabile nomen  
 Si jugi madeas plena lagena mero?  
 Aut si nemo tuo vasto cum gutture justum  
 Certamen vini potor inire potest?  
 Hoc esset barathrum, & vastum superare charybdis  
 Aut Irim bibulam vincere velle siti.  
 Exnis humanos sensus, & bestia factus  
 Ut paucis placeas turpia quaque facis:  
 De grege vinoso partes fert ille priores,  
 Et caput est bibuli fama que prima chori,  
 Quem norunt omnes lenones, scorta, bibones,  
 Caupones, mimi, balnea cuncta, coqui,  
 Lusores, scurra, lena, vetula, parasiti,  
 Mensipeta, servi, sordida lustra, proci:

Adde ambubajas, tonsores, adde Gnathones,  
 Et reliquum luxus desidiaque gregem.  
 Egregiam vero laudem & spolia ampla reportas,  
 Ista tuam laudat si mala turba gulam.  
 Cui dum ridicule conaris amice probari  
 Diceris infamis perditus atque nepos.  
 Dumque his obsequeris vilis tibi vita videtur,  
 Projicis hanc tanquam putrida poma forent.  
 Inque tuum peccas graviter turpissime corpus,  
 O gulo praepropera mox periture nece.  
 Nam dum plura nepos quam par est vincta liguris,  
 Ipse ferus certe sis homicida tui.  
 Jupiter immodicis quoque suffocat imbribus arva,  
 Imber alit siccos, sed moderatus, agros.  
 Multus obest vini, prodest moderatior usus.  
 Hunc sapiens, illum non bene sanus amat.  
 Accelerat varios Sybaritica vita dolores,  
 Illa subit morbos multiplicesque cruces.  
 Amittunt habilem vino enervata vigorem  
 Membra, malis corpus fluxibus omne dolet.  
 Hinc tremuli capitis vertigo odiosa resurgit.  
 Hinc ille assidue pallor in ore sedet.  
 Inde manus tremula, digitique rigore retorti,  
 Vincit ubi articulos saeva chiragra leves.  
 Hinc torpent nervi sine sensu saepe jacentes,  
 Stringit & incertos inde podagra pedes,  
 Hinc oculi fluidi, lippi, semperque rubentes,  
 Hinc male corrupto tormina ventre ruunt.  
 Hinc utraque sonat stridens tinnitus ab aure,  
 Ceu sonat in duris rauca cicada rubis. (bres,  
 Hinc quoque multiplices, veniunt denso agmine fe-  
 Hinc psora, hinc scabies, hinc quoque dirus hydrops  
 Hinc subita mortes, atque intestata senectus,  
 Funeraque in gelido mane reperta toro.  
 Sunt hinc nocturno furiales tempore somni,  
 Hinc multis spectris irrequieta quies.

Hinc

Hinc ille est olidi deterrimus halitus oris.

Fœteat ut crebro spurca cloaca minus.

Denique totius corruptio corporis inde

Imminet exitio proxima multiplici.

Hæc tua si viridis non sentit damna juvenus,

Hoc graviora tibi sunt toleranda seni.

Si non ante diem te funere mergit acerbo

Ebrietas, plenis immoderata cadis.

Omnino bibulam sequitur mobosa juventam,

Subjecta innumeris ante senectæ malis.

Semper habet comitem stolidæ hæc vesania pœnæ,

Sunt morbi immodicæ præmia luxuria.

Atque hæc est sero egredientibus obviam turba,

Hæc vetula bibulos lichnobiosque manent.

Tanti quod mentem mutet constare videmus

Unde solet rabies, unde venire furor.

Unde tot afflictæ veniunt dispendia vitæ.

Damnaque pœnia non medicanda manu.

Post, ubi corruptum est nimio jam corpus lachæ,

Et dotes animi desperare tui.

Obruit & bibulos cunctarum oblivio rerum

Par' em animi memorem plurima vina necant,

Non secus ac stygii lethææ fluminis unda

Tollitur è memori pectore vita prior.

Ut taceam rixas, lites, convitia, cædes

Multiplikes factas ebrietate duce.

Non opus est rebus manifestis addere testes,

Sed tamen è multis pauca referre volo.

Et quid ego longe peregrina exempla requiram?

Fare age quid nuper perdidit agricolas?

Ebria seditio villas vastavit & agros

Ignè, furore, manu, sanguine, cæde, necè.

In victum Hannibalem campani pocula luxus,

Vincibilem latio sola dedere Duci.

Magnus Alexander vino furiosus amico

Insecit mensam sanguine Clytæ tuo.



Quo scelere imperio Vitellius excidit, unco  
 Tractus? deliciis, sanguine, pene, mero.  
 Non alia exstinxit sceleratum vita Neronem,  
 Sectatum mores Sardanapale tuos.  
 Quid memorem plures vitio ebrietatis a vito  
 De solio pulsos, imperioque Duces?  
 Excute Romanos annales, excute nostros  
 Si magis exacte talia nosse cupis.  
 Si quid habet vatum priscorum fabula veri,  
 Et multo Lapithæ succubere mero.  
 Si non Dulichios utres Polypheme bibisses,  
 Servasses oculum sic Polypheme tuum.  
 Judith Holofernem necat ebrietate sepultum,  
 Id quod lectorem Biblia sacra docent.  
 Ebrietate, trahit qua cuncta nefaria secum  
 Crimina, cum Sodomæ versa Gomorra jacet.  
 Quot juvenes nostro seculo satis indole clara  
 His pessum vitiis ebrietatis eunt?  
 Viribus exhaustis exhaurit & illa crumenam:  
 Herculeos census conterit ebrietas.  
 Thesauros Cræsi ebrietas Crassique voraret,  
 Hac res, hac patria dilapidantur opes.  
 Obsita panniculis comes ebrietatis egestas  
 Fertur, egestatis nigra laerna comes.  
 Hac te post nudum compellet ad improba facta,  
 Utique pares numos suggeret arte mala.  
 Artibus exitium lucrabere turpe malignis,  
 Hic tandem finis ebrietatis erit.  
 Semper enim venter solitis vult rebus inanis  
 Distendi, festos semper habere dies.  
 Otia venter amat, vult plena pocula mensæ,  
 Delicias, luxum, lautitiasque cupit.  
 Jam nisi divitiæ Lydi, aut opulentia Crassi  
 Adsit, non poteris otia lenta sequi.  
 Divitiæ ignavis sunt nullæ: ignavia, si quas  
 Scdilitas peperit, pigra profundit opes.

Et tamen assidua magis assuetudine crescit  
 Potandi per se magna libido satis.  
 Hanc potes illesus nunquam deponere: nunquam  
 Hanc degustatam linquere tyro potes.  
 Non bene gustatur tenero, mihi crede palato  
 Esca voluptatis perfidiosa male.  
 Quod semel haud facilis sit degustata relictu,  
 Pellitur a pingui non bene pelle canis.  
 Egredere Ithacus potuit socios a vellere Loro,  
 Quam modice primis vix tetigere labris.  
 Dulce voluptatis Lotus blandumque venenum,  
 Quod degustatum linquere nemo potest.  
 Interea nemo quem cura domestica, quemque  
 Cum pueris uxor sollicitaret, erit.  
 Quae, dum tu potas, dum plurima pocula sorbes,  
 Dum genio indulges, spongia plena, tuo,  
 Nuda sedens misere deserta luget in aula,  
 Esurit & vacuum fortiter ante focum.  
 Sive pudicitiam vendit, sic cogit egestas,  
 Et formam in questu flebilis uxor habet.  
 Tu quoque forte alio flagras tunc mæchus ab igne,  
 Semper ut est Baccho sœda libido comes.  
 Sic facis uxorem lecti violare pudici  
 Jejunam sancta sœdera iuncta, fide.  
 Aut illi pugnis durissima cœna paratur,  
 Et petit ingratum fuste cibata torum.  
 Nullius ebrietas, non si Cicerone patrono  
 Sit rea sub Baccho iudice, caussa boni est.  
 Quam vaga mens, & vita parum comitatur honestas  
 Os petulans, animus, lubrica lingua, levis,  
 Semper enim dictis meliorum rodit honores,  
 Qui trahit immodici pocula plena meri;  
 Cujus ab attracto rancet sœde aura tabaco;  
 Quique in eo fumo thusque crocumque putat.  
 Sic aliquis (referam certum tibi) noscere ducens  
 Sese montanas Bellerophontis aquas

Super inoffensum multis proscidit, & omne  
 Convitium (meritus) fudit in immeritum:  
 Nec satis effreni traducere carmine; prolo  
 Tam male conceptum subdit amarus opus.  
 Alter, ubi stolidæ sensit convitia linguae;  
 Idem agere appropere, reddere parque pari:  
 Ast ubi tentat in hunc, hujusque inquirere mores,  
 Videt ut hic totus nil nisi crimen erat:  
 Nec se, vel cunctis contendat viribus, ullum  
 Dicere posse, quod haud fecerat ille, scelus.  
 Ne tamen impune auferret maledicta; senatum  
 Rectus adit, jusque & justitiamque petens.  
 Hic noster, potus qui jam juraverat omne  
 Se fecisse illud, sobrius omne negat:  
 Id sese, & dum se nil quid egisse, tulit.  
 Discite ventosus digito hinc compescere linguas:  
 Discite (hoc est) nimis non maduisse mero.  
 Vana parant iras; sed si sine viribus ira,  
 Vana est; & proprio pondere pressa, ruit.  
 Hinc etenim probitas, pudor & reverentia cedunt;  
 In quorum subeunt furta, dolique locum,  
 Contemptus superum, rerum mala cura bonarum,  
 Perditio fama, turpis abusus opum.  
 Ad mala proctivis propensio quaque patrandi  
 Veloces vitium semper in omne pedes.  
 Ergo Methe cum sit tam sæda nocensque voluptas,  
 Unde venit bibulis pestis & atra lues.  
 Quid juvat hac juvenes animi corrumpere dotes?  
 Quid juvat hac corpus perdere quæso male?  
 Quid juvat hac florem teneræ exstinxisse juvena?  
 Quæ per se satis est ægra, caduca, brevis.  
 Quin emendata, tali jam tempore vita  
 Consulis ô melius culta juvena tibi.  
 Incumbens studiis doctos evolve libellos,  
 Et tibi linguarum nobile junge decus.

Quas tibi jam pleno suffundit copia cornu  
 Qua decorat nostras Attica Musa plagas.  
 Ista ad frugalem tam secula docta diatam  
 Quamvis corruptum te revocare queant.  
 Floret enim nunc ipsa suis jam Musa Camanis,  
 Jam passim celebres cernis in orbe viros.  
 Hos ad honestatem comites tibi sume sequendam,  
 Pocula cum fœdis sumere fœda cave.  
 Nullus enim patinis aut vino emerget, ut *ustos*  
 Post cineres volitet doctæ per ora virum.  
 Denique concessos pretiosi temporis annos  
 Transigere haud temere sic sine fruge velis.  
 Atque domi trepidos suspensa mente parentes,  
 Fallas absumpto tempore & ære rudis.  
 Ne velis ignem igni, nec flammis addere flammam,  
 Temperet indomitum sobria Lympha merum.  
 Hæc via potandi monstratur origine Bacchi  
 Fulmine combusta de genitrice sati.  
 Igneus urentes jacit in præcordia flammam,  
 Atque mero usque meras ingerit ille faces.  
 His si nolueris & tu calefactus aduri,  
 Frigida ferventes diluat unda cados.  
 Ignivomo Bacchum flagrantem fulmine Nympha  
 Servarunt liquidis (igne perisset) aquis.  
 Ex hoc Nympharum Baccho conjunctio grata est,  
 Hanc nisi secteris, quod bibis, ignis erit.

VINCENTII OBSOPOEI  
DE  
ARTE BIBENDI

LIBER TERTIUS.

**H** Actenus ornatae frugalia pocula vitae  
Diximus, & laudes sobria vita tuas.  
Addidimus scædos turpissima monstra bibones,  
Et mala damnosa non numeranda methes.  
Nunc tua Bacche canam, modo des in carmina vires  
Pralia largifluo perficienda mero.  
Invictasque acies, & pectora nescia mergi,  
Quamlibet immodicis debilitata cadis.  
Mitte pater caput huc, placataque cornua uertas  
Et des ingenio vela secunda meo.  
Da generosa prius sitibundis vina camænis,  
Post potum melius carmina mille fluent.  
Arma manu capias, animisque virilibus audax  
Pugna tyro rudis me duce bella subi.  
Pro galea capiti molles impone coronas,  
Strillet odorata rore capillus aquæ.  
Amphora sit thorax, clypeus sit vasta capedo,  
Sit tibi pro rigido vitreus ense calix.  
Pro funda cyathum, graciles pro cuspide thyrsos  
Sume, tubæ subeat sicca lagena vicem.  
Mavortis miles Vulcania comparet arma,  
Bacchi militiam talia tela decent.  
Sic libet atque juvat vini certamen inire.  
Claraque suffuso ferre tropæa mero.  
Non aliis telis orientem vicit & Indos,  
Bacchus non aliis omnia regna domat.  
Ergo cui est virtus, animusque in pectore præsens,  
Si quem vina juvant, & sitis ardor habet,  
Adsit,

Adsit, & impigris attollat pocula palmis;  
 Victorem pugnae premia digna manent.  
 Nemo velis mecum tali sudare palaestra,  
 Qui non actutum potus abire cupit.  
 Nec quemquam fugio, non ipsum crede Bonosium,  
 Non Firmum: quamvis Caesar uterque fuit.  
 Si quis nos saltem dapibusque meroque benigne  
 Acciperet, letho pocula multa darem.  
 Quas strages vini, quam possis cernere cladem,  
 Talia nos bibulos si quis ad arma vocet?  
 Si me irritarit etiam in certamina Bacchum,  
 (Parce pater nobis ter venerande) petam.  
 Audeo vinoso pugnae contendere Como,  
 Non superos timeo, non homines timeo.  
 Si nescis ego sum memorabilis ille Philenus,  
 Cui vini palmam Parthia tota dedit.  
 Nobis cedit & ipse Tricongius ille novellus,  
 Perpetua Insubriae fama decusque sua.  
 Quem stupet ipsa Methae fugiensque timensque bibens,  
 Quem Silenus amat, Manades & Saryri.  
 Artem igitur discat me praecceptore bibendi,  
 Si quis potando vincere quosque cupit.  
 Felidae Phoenix, ego sum Praeceptor Iachi.  
 Hanc nullus pra me tradidit artis opem.  
 Dixeris hic forsitan, quid agis vinosae magister?  
 Cur tua praeteritum Musa retexit opus?  
 Cur tua nunc versis revocat Palinodia verbis  
 Dogmata iussa pia sobrietate coli?  
 Non sunt haec sana pugnancia dicta camæna,  
 Sic titubat largo lingua gravata mero.  
 Sobria perpetuo constat sibi Musa, nec unquam  
 Diffona discordi carmina voce canit.  
 Laudas astricta frugaliter pocula mensa,  
 Et vitam institui sobrietate doces.  
 Nunc inquis vini certamen inire laboro,  
 Actutum veniat potus abire volens.

Quemlibet ultro etiam jactanti voce laceffis,  
 Atque parem censes non tibi posse dari.  
 Quod si cuncta sui jactantia turpis habetur,  
 Qua nunc te jactas fronte superbe Thraso?  
 Non ego scripta prius temere praecepta recanto,  
 Nec mea prae teritum Musa retexit opus.  
 Quam norit quivis illa se jactet in arte,  
 Quisque sibi placeat, doctus in arte sua.  
 Jure superbivit fandi virtute patronus  
 Arpinas, Latii gloria summa fori.  
 Hippocrati justas tollunt medicamina cristas.  
 Nec falsam laudem vendicat arte sibi:  
 Cur non eximius semet jactaret Apelles?  
 Cum plures docta vicerit ipse manu.  
 Aseraeus vates merita se prae dicat arte,  
 Qua docuit quo sint rura colenda modo.  
 Arte sua turget Juris legumque peritus,  
 Arte sua placuit Naso poeta sibi.  
 Ergo mei fuero vanus jactator honoris,  
 Si illa qua valeo glorior arte mea?  
 Quo nam jure mihi communia jura negentur?  
 Hoc aliis licuit, cur minus ergo mihi?  
 Non ego te jubeo frugalem ponere vitam,  
 Cultior ut insanae jure probere methes.  
 Optima quae visa est nostrae sententia menti  
 Audisti, hanc animo, hanc mordicus oretene.  
 Nunquam plura bibas quam corporis exigat usus  
 Et frugi curam sobrietatis habe.  
 Sed quid ages si quis nolentem ad pocula coget?  
 Nunc prece, nunc precia, terrificisque minis,  
 Crebro etiam gladiis (quo nunc sunt more bibaces  
 Centauri) trucibus blandiloquisque logis.  
 Cum tali potius malis contendere ferro?  
 Gratius atque tibi nectare vulnus erit?  
 Quid facies quoties inter canabis honestos?  
 Pocula qui paulo liberiora bibunt,

Talibus obsequio facili servire negabis?  
 Esset inhumani pectoris illud opus.  
 Sape propinantum pretium nomenque decusque  
 Majus erit, quam quod spernere vana decet.  
 Ne cupias illos inimicos sumere, juxta  
 Qui prodesse tibi, quique nocere queunt.  
 Sed nec te moveat, quod vaccas atque camelos  
 Dicunt potandi non superare modum.  
 Recte equidem vacca faciunt, belleque cameli,  
 Ut fert ingenium, nam ratione carent.  
 Qua si imbuta foret, mox responderet honesto  
 Vacca viro, faceret tardus asellus idem.  
 Sed nec vina bibunt, irritamenta bibendi,  
 Quis (dic) non liquida mox satiatur aqua?  
 Dic quot in hospitiiis invitum saepe laceffunt  
 Conviva primis advena turba cadis?  
 Longinquis quotias hospes jactaris in oris,  
 Extra seu quoties ad loca missus adis,  
 Sapius in viti casu potare jubemur.  
 Cogimur in viti qualia multa pati.  
 Omnibus in mensis vino certatur, & omni  
 Vina loco passim praelia multa movent.  
 Quanam cœna caret tali, quæ prandia pugna?  
 Sorbitione meri quæ (rogo) mensa caret?  
 Cuncta super vacuo nunc diversoria potu  
 Fervent, vinifluo flumine cuncta madent.  
 Nulla fuit multis seclis vinosior ætas,  
 Magna potes, si nunc sobrius esse potes.  
 Alter Amicitie cyathum tibi præbabit, alter  
 Notitiam tecum poterit inire cupit.  
 Tertius, heus primum poteris haud spernere vitrum,  
 Incivile foret, carpe libenter, ait. (bebis)  
 Quartus idem loquitur, causam quoque quintus ha-  
 Quæ tibi stat nullo rejicienda modo.  
 Hos nisi pocula ferens contra reverenter honestes,  
 Probro censeres id tibi jure dari.

Atque



Atque hæc sunt iusta tantum præcludia pugna,  
 Essent hæc aliquo vincta ferenda modo.  
 Ecce bibens iterum verso redit ordine primus,  
 Hospitii hoc veteris tessera grata facit.  
 Noritiam melius vult confirmare secundus,  
 Hinc crebros calices præbabit ille tibi.  
 Scilicet haud dura patientur fronte sequentes  
 Se sperni, quamam dic ratione precor?  
 Accumbit mense quidam torquatus eidem,  
 Multa cui in digitis lucida gemma micat.  
 Cui caput est rasum, vestis dissecta, cicatrix  
 Plurima, & hircinis frons truculenta pilis,  
 Hujus si quid habes animi data vincta recusa,  
 Incutiet capiti pocula spreta tuo.  
 Si semel atque iterum respondes, provocat illum  
 Sedulitas: retines jam miser aure lupum.  
 Vis alios vitare, cibum vis sumere solus,  
 Cum te cum reliquis publica lecta fovent?  
 Majori sumptu solus cænabis, & omni  
 Munophago semper durior hospes erit.  
 Quare ne tali possis succumbere pugna,  
 Arte pereximia non opus esse putas?  
 Si rudis à cunctis promiscua pocula sorbes,  
 Sobria si retines pectora fortis eris.  
 Hæc qui tradiderit tibi, non erit ille magister?  
 Aut jactat stolidam futilis artis opem?  
 Hanc sibi complures artem grandi ære pararunt,  
 Artem potandi sed schola rara docet.  
 Nosse potes minimo fidi præcepta magistri,  
 Quæ tibi potanti cuspidis instar erunt.  
 Ut nunquam utaris, quid obest tamen arma parasset  
 Sive quid in promptu tela tenere nocet?  
 Adveniet tempus vinosa quod exigat arma,  
 Quem stringes, si non ad semur ensis erit?  
 Conspicis ut duris semper stet miles in armis,  
 Et tamen haud semper, qui gerit arma, ferit,  
Ergo

Ergo animos opus est dociles attendere, nostrae  
 Qui dare militiæ nomina forte cupis.  
 Principio seu te perduxit ad orgia casus,  
 Seu ratio certis subdita consiliis.  
 Et tibi pro veteri est abundum aut lege bibendum  
 Aut mox in multo pervigilanda mero,  
 Aut agitanda die vino conviviva largo,  
 Si sapis imprimis providus esse stude.  
 Anceps cum bibulis tibi pugna gerenda duobus  
 Certanti infuso nectare semper erit.  
 Primus erit tibi qui sputamina vina propinat,  
 Alter erit cui tu pocula sicca dabis.  
 Primus te contra potans feret arma, secundus  
 Quæ tu depellis sentiet arma, bibax.  
 Nec plures tecum certamen inire falerni  
 Optes audaci sustineasque manu.  
 Noluit Alcides vires tentare duorum,  
 Fortior Alcida ne velis esse Jovis.  
 Unum aliquem insignem numero tibi delige ab omni,  
 Quem tua consignant spicula cuncta truem.  
 Hunc pete Achilleo pignantem gutture, Bacchi  
 Telis quæ crebro plena lagena dabit.  
 Hunc unum, hunc solum semper jaculaberis hostem  
 Ictus excipiat solus & ille tuos.  
 Pugnasti magna victor laudabilis arte,  
 Talem prostravit si tua dextra virum.  
 Plus dedit Laocida laudis fortissimus Hector,  
 Quam reliqui casi mille dedere Phryges.  
 Vincere nec vulgo Danaos Priamejus heros.  
 Sed studuit magnos sternere quosque Duces.  
 Semper in audaces spreto Thyrsite Patroclus  
 Intentos habuit belliger Hector equos.  
 Nec tibi sperandum est cunctos te vincere posse,  
 Pugna est unius non bene firma manus.  
 Invalida fiunt diversa ad plurima vires,  
 Collectæ nunquam debile robur habent,

Si bibis ad plures replent tua pocula nullum,  
 Sed te replebunt pocula multa cito.  
 Fac ita oppugnent unum tua pocula solum,  
 Quo victo, potis es vulgus adire ferox:  
 Aut si succumbis victus certamine, magni  
 Clarius Aenea succubuisse manu est.  
 Tetamen ut cupitalatum victoria laude  
 Afficiat, potans sic age victor eris.  
 Esto memor qua cuique feras qua cuique propines,  
 Ut tibi par prompto reddat ab ore pari,  
 Nullo: dissimula cyathos, nec parce sodali,  
 Exige multiplici debita vina prece.  
 Non est ars pateras posse evacuare capaces.  
 Non est ars plenos posse vorare cados,  
 Non est artis opus phialas fixare frequentes.  
 Et vastos vini non trepidare lacus,  
 Non si Romanum potando aquare Bonosum,  
 Non si etiam firmo firmior esse queas  
 Hoc erit artis opus, virtus hæc summa bibendi,  
 Ut tibi campotor reddat ubique vicem.  
 Hic decet attentum te peccus habere bibentem,  
 Hic oculos Argi præstat habere nimis.  
 Tu quibus observes, qua pocula cuique propines,  
 Et quo tu graderis calle, sodalis eat,  
 Expertus dico, nemo est potando fidelis,  
 Ni fueris cautus decipere crebro.  
 Ante potes niveos coracas, volucresque chelonas,  
 Et cygni plumas ante videre nigras,  
 Quam fidum potu, experto mihi crede, sodalem,  
 Debita mensuræ qui sine fraude bibat.  
 Non modo mendacem memorem decet esse, bibacem  
 Multo plus memori mente valere decet.  
 Quare nulla tuam capiant oblivia mentem.  
 Præbibe non tacita vana salerna manu.  
 Ad respondendum verbis compelle sodalem,  
 Sæpius appellans, heus mihi redde vicem,

Heus mihi redde vicem, sicca hęc pocula restant.

Cur precor hoc vitrum cessat? & iste calix?

Ad respondendum cunctantis sapius autem

Velle: meri memorem quamlibet ipse mone.

Quonam sepe alios pleno cratere lacessis?

Quo sorbes avida pocula plura gula?

Si non das operam bibat ut data vina vicissim,

Quem cupis oblato deposuisse mero.

Qui non lethæi potarit gurgitis undas,

Ille mihi princeps sorbitionis erit.

Qui non mobilibus tradit sua pocula ventis,

Sed responsa petit nectare, victor abit.

Expertus multos bibuli virtute duelli

Vidi potiores non habuisse pares.

Cur sunt ante alios vino potuque repleti?

Exhausti curam non habuere meri.

Hujus ego observans præcepti & moris & usus

Prædam de victo sapius hoste tuli.

Hoc & tu potans observa, victor abibis,

Et dices artem pondus habere meam.

Præceptum esse cave, stolidi neque Protefilai

Ante alios Danaos amulus esse velis.

Sed lente propera spumantia vina bibendo,

Aut propere nullo victus ab hoste cades.

Ipsæ recens fessis incumbere, novissimus exi

In pugnam: fessos vincere quisque potest.

Crede mihi non sunt Bacchi properanda duella,

Sed sensim tanto proficienda mero.

Nonne vides juvenes ferventi mente feroces

Ut subito extincto pectoris igne jacent?

Dum temere properant non festinanda falerna,

Et cumulant haustus haustibus usque novis.

Cuncta quasi in celeri staret victoria potu,

Quo te non alios ebrius ipse gravas.

Sanguineis bellis sepe est properantia lucro,

Qua dux incantios obruit arte viros,

Atque

Atque improvise prosternit Marte quietos:  
 At vinosa pigra stat nisi pugna mora.  
 Qui subitose avido calices ingurgitat ore,  
 Ridiculus primum hic omnibus esse cupit.  
 Ergo mo monitu potando lentius, ipse  
 Carminibus dices pondus inesse meis.  
 Quem properare vides crebro huic occurre falerno,  
 Bis victu facilis sit properante mero.  
 Haud labor est nullus tales submergere potu,  
 Ipsi se mergunt sedulitate sua.  
 Sicut miles iners temere procurrit in hostes,  
 Et fultus nulla quemque laceffit ope,  
 Ense levis nudo, parmaque inglorius alba,  
 Ille sua culpa victus ab hoste cadit.  
 Quod tibi ne eveniat lente properare necesse est,  
 Et circumspicere lambere vina labris.  
 Sed neque vina vorare, nec avariteringere potum,  
 Nec crebro magnis haustibus inde merum.  
 Obruit ebrietas ista festinata bibentem,  
 Et vomitu turpem ridiculumque facit.  
 Haustibus evacua carchesia magna pusillis  
 Paulatim audaces vina vorare sine.  
 Ipse lubens primos illis concede triumphos,  
 Et prima pugna celtica corda gerant.  
 Ultima laus tua sit, tua sit victoria, tantum  
 Providus in victa consere bella manu.  
 Nec male pransus ad jejuna pocula lingua,  
 Nec vinum vacuo ventre crepante bibe.  
 Quod nisi vitaris citius repleberis illo,  
 Quem conabaristu superare mero.  
 Fac oneres ventrem grata dapis ante saburra,  
 Et fundamentum potibus ante jace.  
 Indulge dapibus, licet urgeat unis & alter,  
 Dic, nondum plene sum satur, ipse cibo.  
 Non feret ille moras, nec prandia lenta vorantem,  
 Sed quæret cuinam pocula prima feret.

Interea veniat tibi grata cupido bibendi,  
 Ante merum sumptum si bene pransus eris.  
 Hinc improvisum sumptis invade cypellis,  
 Dulcia qua blanda reddita voce bibat.  
 Quem si compereris ad vina bibenda lubentem,  
 Et facilem, ulterius, qua via ducit, eas.  
 Præveniens semper nullum concede regressum,  
 Quo te de cursu detrahat ille tuo.  
 Succedant calici calices, carchesia trullis.  
 Inque locum subeat vasta capedo cadi.  
 Nec mora, nec requies, sed crebra grandinis instat  
 Ingere non pigra pocula multa manu.  
 Prothea jam retines, constringe tenacia vincla,  
 Nec requiescendi possit habere locum.  
 Effice ne posthac quisquam te voce lacessat,  
 Plenis urge cadis hac ubi signa vides.  
 Dum jam fastidit, dum nauseat ille falernum,  
 Emicat & subito magnus in ore rubor.  
 Increpat astantes seva dum voce ministros,  
 Pocula quod ante alios uberiora bibat:  
 Si jam balbutiens verba imperfecta profatur,  
 Sape puellarem si petit ager opem,  
 Pocula si crebro lambit, si vina pitissat,  
 Et crebro ex udo si sputat ore merum,  
 Callidus effundit si clamve palamve falernum,  
 Hac ferme victi signa bibentis erunt.  
 Jam prior exstinctis flammis deserbuit ardor,  
 Urge mero, victas jam dabit ille manus.  
 At si præveniens aliquis te oppugnat & urget,  
 Et jam vallavit obsidione meri,  
 Accumulans cyathos cyathis, haustusque subinde  
 Haustibus ingeminans, conduplicansque novis,  
 Nec respirandi tibi linquitur ulla potestas,  
 Atque retinendi copia nulla datur.  
 Hoc opus, hic labor est cursum turbare ferocis  
 Hostis, & è plana vertere vela via.

Victoremque meri palma spoliare petita,  
 Aut a quo saltem Marte redire domum.  
 Fac ergo quoties pugna es congressus iniqua,  
 Et stant ante tuos pocula multa fores,  
 Responde sensim nec vina oblata recusa,  
 Crede suis audax viribus ille ruet.  
 Interea poscas magnum cratera ministrum,  
 Quem bibit alterna te referente vice.  
 Oblatum querulo si spreverit ore falernum,  
 Et debere palam te sibi multa docet,  
 Et solvenda prius portati debita vini,  
 Et si reddendum plenius esse vicem.  
 Hactenus ecce à te tot pocula plena recepi,  
 Inque nec invito sedulus ore bibi.  
 Tu tamen hoc uno & primo cratere gravaris,  
 Quem iussit summus me tibi ferre pudor.  
 Qui nisi honestarem te contra, ferreus essem,  
 Rusticiorque Scythis, barbariorque Getis.  
 Pocula quæ mihi adhuc à te sorbenda supersunt,  
 Omnia non alia sedulitate bibam.  
 Non ita inhumanus, neque erit sic truncus agrestis,  
 Ut queat hoc pacto vina negare tibi.  
 Accepto vino mox est de iramite pulsus,  
 Versaque de cursu vela secundo suo.  
 Hinc tibi solvendi spatium tempusque parasti  
 Debita, quæ solvi flagitat ille sibi.  
 Nec metus est ne te properata protinus obba  
 Obruat & celeri degravet usque mero.  
 Sunt sorbenda duo prius illi pocula, primum  
 Quod sumpsit: demum quod tibi ferre cupit.  
 Interea facili dabitur tibi copia casu  
 Potando primum qua tueare locum.  
 Quaque addas primo mox altera dona metallo,  
 Mox dabit his alius tertia vina locus.  
 Hac te non alia evolves ratione Lyæo  
 Oppressum, si tu naviter usus eris.

Hac tibi præstabit vinosam regula palmam,  
 Hac mihi victoris nomen habere dedit.  
 O mihi præteritos referat si Jupiter annos,  
 Qualis eram juvenis plurima vina vorans  
 Dum firmæ stabant juvenili in corpore vires,  
 Nec dum dilapsum tempore robur erat.  
 Dum viridi fueram vini patientior ævo  
 De vino referens multa tropæa domum.  
 Talibus instructus præceptis, arte, magistro,  
 Strauissæm cunctos sorbitione meri.  
 Obvius haud quisquam mihi sese impetno tulisset  
 Seu venisset eques, seu foret ille pedes.  
 Hausissæm Oceanos totos, vinique paludes  
 Siccassæm, oblatis vastaque stagna meri.  
 Ut quondam Scythicis audax sum cognitus oris  
 Bacchica cum primum miles in arma rui.  
 Quando Cypellomachus Parthorum ductor atroci  
 Mente furens bibulis intulit arma Scythis.  
 Horum sceptrâ tenens regalia forte procaci  
 Chandopotes nostrum læserat ore ducem.  
 Miserat Oenoptam rex Parthicus annua poscens  
 Reddere quæ debet pocula Chandopotes.  
 Inter at ille probe jam vina liquentia potus  
 Debitor est olim rex mihi vester, ait.  
 Dena propinavi totidem mihi pocula debet,  
 His mihi siccatas annua dona feret.  
 Exigit injuste multatam, respondeat ante  
 Ceu par est, docies pocula dena mihi.  
 Ut nostræ leges & fœdera facta loquuntur,  
 His stet: si ve sciat bella parata sibi.  
 Rettulit Oenoptas vinosi dicta tyranni,  
 Illa movent stomachum dura Cypellomacho.  
 Sicut sæpe levi de causa atrociam surgunt  
 Bella hæc si causa lis fuit orta levi.  
 Nec mora collectis mox regni viribus addit  
 Ille sibi Thracat, Bacchicolasque Getas,  
 Atque



Atque Leontinos, vocat ad socia arma bibaces  
 Francos, his junctus tunc comes ipse sui.  
 Sic intrans Scythia contracto milite fines  
 Diripit hostili barbara. regna manu.  
 Pugnatur passim poclis ingentibus, omnes  
 Siccantur crebra sorbitione penus.  
 Cumque hostes nolent nobis occurrere pugna,  
 Et conferre palam signa pedemque negant.  
 Omni vastata circum regione Scytharum  
 Cinximus Oenopolin obsidione gravi.  
 Non bene munierat ducta tentoria fossa,  
 Et jacto vallo castra Cypellomachus,  
 Chandopotes acie portis erumpit apertis,  
 Ut subita incautos obruat arte Getas.  
 Hic improvise complentur castra tumultu,  
 Ordine dum nullo miles ad arma ruit.  
 Franguntur calices, carchesia, cymbia, quisque  
 Pro se quod potuit rem gerit, atque bibit.  
 At crepitu, & strepitu, & sonitu, & clamore biben-  
 Et plausu, & mixta voce strepebat ager. (tum  
 Audiit alterius vocemque & verba loquentis  
 Nemo, satis proprium sensit ab aure sonum,  
 Vinorum undantes rivi per castra fluebant:  
 Offibus & spinis lubrica squaler humus.  
 Quis cladem illius lucis quis pocula fando  
 Explicet? aut verbis vina referre queat?  
 Vidisses Cotylis nullum, aut certare cadiscis.  
 Grandibus Ecpetalis edita pugna fuit.  
 Ancipiti multo pugnamus tempore Baccho,  
 Excitat audaces ductor utroque suos.  
 Tandem Zoropotes aciem perfringit, & infert  
 Ignigenae intrepido signa secunda pede.  
 Et primum grandi patera prosternit Epachtem  
 Durum & morosum difficilemque Scytham.  
 Incitat ultorem Paraspondus Epächtis Amictum  
 Consimilem vita, moribus, ingenio,

Non impune tamen: vitrea volat obuius orca,  
 Plus quam metretas tres capiente meri  
 Zoropotes, sternit Paraspondum, sternit Amictum,  
 Lathrophagum & Lichnum, Dethron & Oeno-  
 Zoropota virtus alios accendit inertes: (choum.

Surgit ab alternis maxima pugna cadis.

Dicite Peridies, non omnia possumus omnes,  
 Quo quisvis cecidit victus ab hoste mero?

Et meministis enim Musa, & memorare potestis:  
 Spectastis sicca praelia nostra Dea.

Septenis cyathis jugulavit Alazona victum  
 Apficorus, denis Phorticus Apficorum.

Lerus Nestereo stravit Nephona Cypello,  
 Dejicit & Phlyarum, cumque Epulone Lalum.

Oenophlyga Abrobis, Metadorpion Abrodiasus  
 Autorophes Graja vicit utrosque Choa.

Dipsaleum grandi Methium ecpomate mutum  
 Fecit, & oppressit lumina fessa sapor.

Gastroborum vino, musto sepelivit Aenum  
 Syssitus, frater cui parasitus erat.

Quos genuit Methysa genetrice parens Homositus  
 Cum Metriosito fratre minore Geta.

Osse recusantem sorbere petit parasitum  
 Perfusum multo Symposiarcha mero.

Mixta mero in mediam ructanti gutture mensam,  
 Compodes largo flumine frustra vomit,

Trygobius plures, quos fama obscura recondit,  
 Reddidit oblitos, immemoresque sui.

Quem tamen Exænus, dum forte meracius haurit,  
 Compulit in celerem cum Comedone fugam.

Non tulit hoc Lurco, Exænum cum fratre Pargno  
 Oppressit cotylis corsica vina bibens.

Vidit iners fratrum casum, iugemuitque Dysænus  
 Ultor, ait, venio vindice Lurco mero.

His diebus illum feriit Spumante Monoto:  
 De victo sperans hoste tropæa sibi.

Exsorbens Lurco conatus risit inanes,  
 Jamque mea dextra præda Dyscœne cades  
 Dixerat, & pleno miserum petit Amphicypello,  
 Ter bibit hoc Lurco, ter quoque Lurco replet.  
 Vicisti me Lurco, tua est Levinia conjunx,  
 Ulterius noli tendere quæso mero.  
 Saucius hæc orat lingua titubante Dyscœnus,  
 Et ruit in sædum quod vomit ore merum,  
 Ampelon intonsum satyra Nymphæque creatum,  
 Barbato attondit Lesbium ore Tragus.  
 Ampelon haud vino, sed vindicat ense Creurgus,  
 Mactatur Baccho victima grata Tragus.  
 Impatiens vini ad gelidas Abstemiis undas  
 Fugit, quem sequitur sobrius Hydrochares.  
 Fugit & abjecta Ripsaspis Asymbolus hæcta,  
 Sed neque Thymbrophagus vina Byæa tulit.  
 Nec tulit instantem frugalis Adipsus Asotum,  
 Deserta pugna fecit & ille fugam.  
 Ex alia sed parte Philoxenus atque Triphetes,  
 Collis insignes hic bovis, ille gruis,  
 Et Gluto, & Cothon, & equino gutture Gurges:  
 Trëitiusque Bibo, trëitiusque Nepos,  
 Quærentes crebris superare Progastora poclis,  
 Cujus aqualiculus vasta Charybdis erat,  
 Hosti non victo palma cessere relicta:  
 Percussi propriis viribus, atque manu.  
 Militibus nostris hic plurima damna dedisset,  
 Ni pigrum caperent munera tarda pedum.  
 Obstabat venter plaustro currente vehendus,  
 Et misero aurigæ defuit officium.  
 Oenobares, vino dum durius urget Agræcum,  
 Et responderi postulat usque sibi,  
 Nescius agrestes crabrones provocat in se,  
 Et bene sopitos in sua damna canes,  
 Quippe virum (minime dum præcauit ebruius hostem)  
 Crinibus arreptum sternit Agræcus humi.

Prostratumque gravi patera ferit, atque cruentans  
 Dentibus excussis tondit utrasque genas.  
 Et miserum insultans dictis subsannat amaris,  
 Ecquid ego retuli nunc tibi rite vicem?  
 Oenobares cervi cor habens oculosque caninos,  
 Aut si non satis est prabibe, plura bibam.  
 Ecce Philoscommo Grajo Philopagmone natus,  
 Ebria Chandopotæ castra secutus erat,  
 Ille ut erat nulla clarus virtute, nec armis,  
 Ridebat falso quoslibet ore tamen.  
 Dumque vomit passim digna atque indigna relatu,  
 Et lacerat levibus pocula nostra jocis.  
 Obvius huic rota fertur Manduco lagena,  
 Qualis in Erpachio dicitur esse penu,  
 Haustibus inde tribus stotidum compescit Achivum,  
 Ut nunquam post hac solverat ora loquax,  
 Et in Bomolochum prosternit, & Acrimythum,  
 Aptolomumque tuos ô Philoscommo greges.  
 His ita dejectis sensim discedere visi  
 Sunt hostes, nostram Marte juvante manum.  
 Jam quoque Chandopotes decies psyctere petitus,  
 Versis victus equis terga daturus erat.  
 Quippe Cypellomachus tantum psyctere bibendo  
 Noluit exiguis belligerare scyphis.  
 Intrepidus pugnam nisi restituisset Aplestus,  
 Ille leontino natus Aplestus agro.  
 Inviçtum pectus nulloque domabile vino.  
 Cui tres nunc ventres, & tria guttura erant,  
 Ter vino sternendus erat tria pocula bibenda,  
 Aut labor inceptus irritus omnis erat.  
 Pentaploo vini certamen obibat & orca,  
 Vidi non paucos obstupuisse virum.  
 Hauserat ille prius quantum non tres elephantum  
 Naribus hausissent, si mihi crede, suis,  
 Jamq; neci Sthenelumq; dedit, Thamyrimq; Polumq;  
 Atq; Lamum atq; Lagum, Demodiumque Getæ.  
Chilo.

Chloreaque Sabarimque Daretaque Therfilochumq;  
 Et plures, longum quos memorare foret.  
 Inde meum fratrem, victo Philopogmone, sternit  
 Osophorum: natu me minor ille fuit.  
 Hic ego dejecti fratris casu atque dolore  
 Commotus, contra strenuus arma paro.  
 Addunt se nobis Eucenus & Ilapinaestes,  
 Helluo & ipse suam contulit acer opem.  
 Apleste impleto quid me se viffime fratre  
 Terres? & telis quid minitare mihi?  
 Tolle minas, venio vomiturus, & hæc tibi porto  
 Dona prius, leto dona futura tibi.  
 Ne meus hic faxo jaceat sic frater inultus,  
 Sic ego, sic contra ferreus ille refert.  
 Si pater ille meri faciat, sic sanctus Iachus,  
 Incipias mecum conseruisse manum.  
 Sordide fumosa cultor forexque culinae,  
 Mox comitem fratri te fugitive dabo.  
 Talia jaënti ternos tribus haustibus utres  
 Præhibo, tres magnos his ego jungo cados.  
 Et totidem pateras una superaddo capaces  
 Semper gutturibus pocula trina tribus.  
 Ebibit intrepida ternos tribus haustifus utres.  
 Siccandis pateris deficit atque cadis.  
 Ergo ruens vomitu foëdat barbam atque capillos  
 Percacat & foëde subligat omne suum.  
 Exanimem socii rapiunt, mœstique sub urbis  
 Lætica molli mœnia celsa ferunt.  
 E stabulis collecta gerunt quæ stercora servi,  
 Purgat & immundas quæve Syphorbus haras.  
 Sed quæ proluvies? quæ flumina? quanta ruebant  
 Qua de gutturibus stagna refusa tribus?  
 Vix equidem tantum septenis Nilus aquarum  
 Faucibus in vastum proluit Oceanum.  
 Plurima vidisses fluitasse poteria, currus  
 Vi vomitus, totos, plenaque plaustra rapi.

Eunuchus regi charus gratusque Bagoas,  
 Illis vinistuis merfus obisset aquis,  
 Tres quoque Pygmaei pariter male nare periti  
 In tali capti gurgite morte forent.  
 Crinibus hos nisi correptos servasset Asotus,  
 Ob quos servatos civica ferta tulit.  
 Fit fuga per campum dejecto turpis Aplesto.  
 Nec, qui porro ferox tolleret arma, fuit.  
 Aut qui pugnaret protentâ cominus hasta,  
 Tantus perculerat pectora cuncta pavor.  
 Inde Cypellomachus fuso de rege Tropeum  
 Exigit, & donis afficit ille suos.  
 Me torques & denis auri argentique talentis  
 Accumulans equitem rex jubet esse novum.  
 Quando mihi esset equus, qui me portaret, <sup>ut est</sup>  
 Semper eques, sed eo deficiente pedes. <sup>(Sera)</sup>  
 Tempore sed Scythicos referam meliore triumphos,  
 Praesentis non est carminis istud opus.  
 Nunc quo digressus fueram mea vela reducam,  
 Eque vago in rectam calle redibo viam.  
 Fac praeceptorum studeas memor esse priorum,  
 Sic tibi ferre queunt quae referentur, <sup>opem</sup>  
 Est clypeo miles semper munitus & ense,  
 Munitum clypeo te quoque & ense decet.  
 Quo subitos ictus vini depellere possis,  
 Promptus & adversa spargere tela manu.  
 Grande tuas (nec sit tibi dura angustia mensa)  
 Vas semper madidas excubet ante fores  
 Hoc vice sit clypei, quo non utere duellum  
 Dum tibi cum primis usque duobus erit.  
 Extra sed pugnam si quis te provocat illo,  
 Perge laceissentis pellere vina mero.  
 Vina propinanti fer vina, ferire volentem  
 Protinus educito tu simul ense feri.  
 Sic absternebis, sic ensem continet ensis,  
 Pellendus clavo sic tibi clavus erit,

Hoc quoque præcipue (nec enim leve pondus habebit)  
 Præceptum memori condere mente stude.  
 Nil extra numerum velis acceptare falerni,  
 Nec quod ab obliquo tramite sorte venit.  
 Nemo bene potis est geminis incumbere bellis,  
 Et bene nemo domi vina forisque bibit.  
 Dic præsto plures alios hic esse sodales,  
 Sed te non cunctis posse referre vicem.  
 Sentis velle aliquos iæto clam fœdere tecum  
 Et conjurato belligerare mero.  
 Nil prius accepta quam fœdus scindis iniquum.  
 Ictum salaci more sodalitiæ.  
 Solus ut exhibeas gravis ebrietate cachinnos.  
 Qua ratione decet scindere fœdus ais.  
 Conspirasse mero vos in me sentio, dicas,  
 Sed nego me vestris viribus esse parem.  
 Solus vobiscum certamen inire recuso,  
 Solus cum multis morio bella gerat.  
 Continuum Grajo sed more bibamus in orbem  
 Si placet, haud alia conditione bibam.  
 Hac ratione bibens juncto cum fœdere cunctis  
 Defendens nulla cum gravitate locum.  
 Sic omnes unoque parique labore gravantur,  
 Sic par ferre mericogitur omnis onus.  
 Sed neque turbabit nunc hic te, aliunde sed ille,  
 Nec clypeo excipies omnia tela tuo.  
 Nam qui non solus possis succumbere vino,  
 Si præfixus eris omnibus ipse scopus.  
 At tu si quæris cursus tardare secundos,  
 Quæris currentes debilitare scyphos,  
 Orbis in adversam poctum jaculabere partem,  
 Et prius emissis obviam vina cadis.  
 Denique vis quoties æquo contendere Baccho,  
 Hac servanda tibi regula semper erit.  
 Nulla per obliquum, sed cuncta bibantur in orbem,  
 Nec faciant ullas pocula missa cruces.

Hercule amabilius nullum genus esse bibendi  
 Hoc, neque vina magis candidiora scio.  
 Hoc nisi dum sorbent faciles utuntur amici,  
 Utitur hoc madida gens bona Saxonia:  
 Dum coctam Cererem potant, crassosque liquores:  
 Hei mihi cur vinum non habet iste locus.  
 Digna mero gens, hac superum gens nectare digna,  
 Qua tam fraterne pocula aquosa colit.  
 Hoc etiam tacitum, quamvis sit ponderis instar  
 Haud magni minime dissimulare queo.  
 Ut nihil à genere capias, à sanguine juncto  
 Tantundem cape me praeipiente meri,  
 Non si te rogitet, non si te culpet agrestem,  
 Dixerit & filices pectori inesse tuo,  
 Et quia rixosas damnant convivia caussas,  
 Nec locus est inter libera vina foro,  
 Inter rixantes orto certamine, vino  
 De dubio praeceptis arbiter esse cave.  
 Nec te teste reus quisquam dicatur, & ulli  
 Alterius nunquam nomine vina dabis.  
 Semper enim tales donaria digna reportant,  
 Pondere qua certo vina priora gravant.  
 Quaedam firma parum dedimus praecepta bibendi  
 Sed tamen ista simul non leve robur habent.  
 Haec sunt assiduum tibi confirmanda per usum,  
 Citra quem possunt dogmata cuncta nihil.  
 Semper in eximiis potis est plus artibus usus,  
 Quam praecepta scholas utilitate juvant.  
 Usu artes crescunt, usus facit esse magistros,  
 Usum quisquis habet, grande juvamen habet.  
 Qualibet impigro perfectior ars fit ab usu:  
 Quis satis hunc merita tollere laude potest?  
 Hoc nisi firmatam tibi rite paraveris artem,  
 Ebrinis immunda saepe jacebis humo.  
 Sicut ego jacui non raro in stercore (cunctis  
 Hei destitutus artibus) inque luto.



Causa fuit lapsus, quoniam mihi defuit usus,  
 Instructo nuda scilicet arte parum.  
 Quapropter nostris preceptis ipse juvari  
 Qui cupis, assidua pocula verte manu.  
 Atque assuesce merum potare capacius haustum,  
 Ne te subvertant pocula trina cito.  
 Disce meis monitis vinum potare gradatim,  
 Pocula sex hodie, cras tibi pocula decem.  
 Qui modo fers vitulum, poteris mox ferre juvencum,  
 Si tua vis, certos est habitura, gradus.  
 Pone rudimentum non in fugiente falerno,  
 Non in diluto, fortia vina bibe.  
 Quae si ferre vales, & aquatica ferre valebis,  
 Quae crescunt ripis Necchare cincta tuis.  
 Et bibe dum solida juveniti in corpore vires  
 Florent, & genua dum tibi firma vident.  
 Quo senior sies hoc magis miles iners.  
 Nec tamen hanc artem mox infamabis, & illum  
 Qui precepta libens tradidit ista tibi.  
 Vinoso quoties fueris certamine victus,  
 Tempore non omni victor abire potes.  
 Sicut enim Martis dubia est, sic alea Bacchi,  
 Ludunt fallaci vina favore quoque.  
 Non semper, licet armorum bellique peritus,  
 Hannibal e caesis hostibus arma tulit.  
 Nec passim vitreas Trasimene Pœnus ad undas  
 Contudit Ausonios Marte favente duces.  
 Nec te, sis nostra quamvis bene tritus in arte,  
 Speres victorem semper ubique fore.  
 Porro ubi destitui cum vi te senseris arte,  
 Debilitas artis fraude juvanda tibi est.  
 Quamvis laudo minus saltas in nectare fraudes,  
 Qui fallit vino, fallit & ille fide.  
 Si tamen insidiis alios & fraude videbis  
 Nitier; insidias vina bibendo strue.

Fraude sinunt Bacchi leges depellere fraudem,  
 Casaris ut vim vi pellere jura sinunt.  
 Fallere fallentes nulli solet esse rubori,  
 Cretensis mendax, fraude petendus erit.  
 Quid prohibet Lapithas astu superare feroces?  
 Centaurosque truces vincere fraude meri?  
 Sprevit Alexander furtiva premia palma,  
 Nolens hostiles funderet nocte globos.  
 Tu mage Trojani laudabilis verba Chorebi,  
 Furari palmam grande putato decus.  
 Falle mero, dolus an virtus quis in hoste requiritur?  
 Fallendi formas mille tenere potes.  
 Corruptendus erit parvo prius are minister,  
 Aut clam promissis alliciendus erit.  
 Misceat ut reliquis fortissima vina, tibi uni  
 Sobria supposita pocla ministret aqua.  
 Lene merum modici tibi prebeat ille vigoris  
 Sorbeat annosum cætera turba merum.  
 Vina vetustatem portantia linque feroci,  
 Si præsto est mustum sedule carpe novum.  
 Vinum dulce datur, tu crebrius utere dulci,  
 Ebria dulce minus pectora crede facit,  
 Si tamen & reliquos delectant musta bibones,  
 Ingere clam calici vina vetusta novo.  
 Si deprensus erit facile excusabitur error,  
 Pincerna peccat talia multa manus.  
 Sæpe foras exi miæctum, lucrabere tempus,  
 Qua deturbantur debita vina loco.  
 Aut oblita tuus qua tandem negligit hostis,  
 Non respondendo sic ego multa bibi.  
 Mitto alias fraudes simul insidiasque dolosque,  
 Quæ possunt bibulis omnibus arte strui.  
 Si tamen urbane convivæ fallere quæris,  
 Mox à conflatæ limine Symposii.  
 Pocula principio quæ dantur cuncta recusans,  
 Dic potum vires non bene ferre tuas.

Corporis affecti simulatos finge dolores,  
 Mendaci morbos fingere fronte decet.  
 Cuncta meri fore dona tibi gratissima, paulo  
 Sed prius à morbo convaluisse gravi.  
 Inde bibenda tibi præscripta vina diata,  
 Magna tibi rursus ni dare damna velis.  
 Hac excusantem nemo te ad pocula coget,  
 Moribus incultis ni Polyphemus erit.  
 Post ubi conviva primo incaluere Lyæo,  
 Insere sed placido vina benigna pede.  
 Ne me conviva fortasse putetis agrestem,  
 Quamvis firma parum sit valetudo mea,  
 Attamen hanc pateram plenam saliente falerno  
 Præbibo vicino pignus amoris ego.  
 Admissus tali ad communia pocula pacto,  
 Tandem cum fessis dissimulata face.  
 Hac quoque fraude potes semel omne cavere falernum,  
 Arrident animo cum male vina tuo.  
 Profuit hæc etiam nobis fallacia multum,  
 Qua ferme potus sapius utor adhuc.  
 Postquam pene mihi videor succumbere velle,  
 Et multis cyathis membra gravata jacent,  
 Atque stupent omnes consumpta in pocula vires,  
 Nec nobis ultra spes opis ulla datur.  
 Occulte madida titubans discedo palæstra,  
 Et fugio erranti fervida vina gradu.  
 Sic nondum accepto lethali vulnere, memet  
 Semianimem certæ subtraho sæpe neci.  
 Sperata palma spolio simul antibibones,  
 Quam ferrent de me non abeunt prius.  
 Nil vetat exemplum cur non imitere magistri,  
 Nec velit occulta te puduisse fugæ,  
 Nescis palladiis quid summus rhetor Athenis  
 Fecerit, & factum non sine laude fuit.  
 Illum non puduit dici ripsaspida, quippe  
 Vir fugiens iterum Bacchica bella geret.

Et tu cede prius, quam quid committis ineptus  
 Et fias bibulo fabula falsa choro.  
 Ergo ubi cuncta tibi vincendi est dempta potestas  
 Incipiant fessum vina referre pedem.  
 Nemo tuo sic se jactabit vulnere, nemo  
 Clamabit victum te cecidisse mero.  
 Sed quid tundo tuas studiis puerilibus aures,  
 Quarendo varias sobrietatis opes?  
 Cur praeceptorum summam non promo meorum?  
 Semper ut invicta pocula mente colas.  
 Dicam equidem, nec te suspensum nare tenebo,  
 Qui semper salva cum ratione bibas,  
 Eoos inter magna virtute lapillos  
 Purpurea facie dicitur esse lapis,  
 Ille Methen abigens & acrapala pharmaca praestans  
 De virtute sua nobile nomen habet.  
 Cum Graeis Italae gentes dicunt amethystum,  
 Ille Gygis gemmis anteferendus erit.  
 Quo vis hunc pretio inventum mercare lapillum,  
 Vinciat articulos annulus iste tuos.  
 Ille tibi, si non fallit natura bibenti  
 (Talis inest illi vis) amethystus erit.  
 Perpetuae custos haec sobrietatis habetur,  
 Et non sectanda gemma inimica Methen.  
 Aethiopum reges hoc delectantur & Indi,  
 Quo bene securi vina perenne colunt.  
 Cui tamen hanc gemmam penuria denegat aris,  
 Ille sibi alterius pharmaca quarat opis  
 Plurima sunt nobis irritamenta bibendi,  
 Plurima, quae pellunt, dat tibi mensa, Methen.  
 Raphanus est modico medicina parabilis ere,  
 Ante merum sumptus dissipat ille Methen.  
 Infensa origano nec viribus aqua secundis:  
 Excludit nimiam brassica cruda Methen.  
 Discutit hanc etiam gustatis sectile porrum,  
 Arcet jejunis cepa comesta Methen.

Nec tibi quicquam laudatur amygdala gustu,  
 Non quæ sit dulcis, sed sit amara suo.  
 Nec male pulmo citæ pecudis præsumitur assui,  
 Tantundem coryli credo valere nuces.  
 Et sicca fici possunt defendere siccos,  
 Excitat & ficus non bene cocta sitim.  
 Profuit & meminisse croci prohibere valentis  
 Hac mala, si quando ceu decet, haustus erit.  
 Sunt qui non dubitant etiam gustare cicutam  
 Ante merum, res est insidiosa nimis.  
 Talia contingant inimicis pharmaca nostris,  
 Proderit his longe simpliciora sequi.  
 Tu quoque ferventi memor interpone Lyæo,  
 Haustum de gelida jam bene potus aqua.  
 Discutit hic si quam contraxeris ebrietatem,  
 Igneus opprimitur frigore fervor aquæ.  
 Et quid hirundinei monstrem tibi pharmaca rostri?  
 Quæ tibi sumentis crapula nulla nocet.  
 Ne suescas Halymi supponere semina lingua  
 Undam clytorio de neque fonte bibas.  
 Et bene conditas diuerso pulvere cœnas  
 Sumere non auida tyro memento manu.  
 Condimenta merum vel debile viribus augent,  
 Fortia dic quanto vina calore iuvant?  
 Quamquam reclaimer medicorum turba, sed usu  
 Hoc didici verum, quod loquor, esse nimis.  
 Plus me quam medici movet experientia, quippe  
 Quæ solum medicos reddit & ipsa bonos.  
 Hac quoque ad extremum præcepta prioribus adde  
 Potanti nunquam prætereunda tibi  
 Nulla cum muliere meri certamen inibis,  
 Nec cum multibiba congregieris anu.  
 Inveniuntur enim mirando gutture Bacchæ,  
 Quæ spernunt ipsum vina bibendo Deum.  
 Quas bene Amazoniis possis conferre puellis,  
 Quoslibet audentes sustinuisse viros.

Quamuis has vino vincis, victoria laudis  
 Aut nihil, aut prorsus est habitura parum.  
 Quippe tibi imbellis magnum & memorabile nomen,  
 Nulla dabit multo fœmina victa mero.  
 At si victus eris, cunctis ludibria fies,  
 Quod vir ab imbelli victus es ipse manu.  
 Sicut Pelidæ non multum laudis Amazon  
 Victori virgo Penthesilea dedit.  
 Rectius, Aeneas Helenen jugulare lacenam  
 Nolens, quæ patria causa ruentis erat.  
 In tali pugna potius Cytherejus heros  
 Quam ferus Aacides tyro sequendus erit.  
 Insuper est tibi mens ludibria plura cavendi;  
 Et mala vinoso sæpe ferenda? vide  
 Ante ne dococtum lecto somnoque salernum  
 Ebrius è tectis egrediare tuis.  
 Hæc tibi prima puer fuerint elementa bibendi,  
 Quæ si cognoris mox graviora dabo. (clus  
 Quæ nunc ferre nequis, prohibet quoque cetera Bac-  
 Effari puero, non nisi fanda seni.  
 Hæc ego versiculis cecini juvenatus ineptis,  
 Quæ qua scripta vides, hæc quoque mente legas.  
 Ut nobis vacua placuit nunc mente jocari,  
 Si quoque censebis carmina nostra jocum.  
 Nec mihi propterea metuendos esse Tomitas  
 Spero, nec Euxini frigora dura freti.  
 Non docui quæ sint fallende fraude puella,  
 Nupta nec alterius quo capienda dolo.  
 Non scelerata sonat violati crimina lecti  
 Ars mea, nec Veneris turpia furtiva sonat.  
 Oscula nulla docet, nisi quæ figenda Lyai  
 Sunt placido plenis ore pudica cadis.  
 Nullus amor, nullum nostro est in carmine stuprum,  
 Nullum habet infandum nostra camæna scelus.  
 Sobria concessi monstra vimus orgia Bacchi,  
 Nonnunquam & liciti bella jocosa meri.

Iudiciis ideo non sum damnandus iniquis,  
 Nec peccata Methes, nec mala lustra probo.  
 Nec me vinoso madidum de carmine cense,  
 Ebria Musa mea est, sobria vita mihi.  
 Quod vinum gelidis ego potō libentius undis,  
 Hoc mihi quis vitio vertere quæso velit?  
 At tu qui nostram non horres lividus artem  
 Capere, & obliquo rodere dente Theon.  
 Non mala, non diras tibi iniquior imprecor ullas,  
 Ibide quas memorat Nasa poeta sua.  
 Dummodo propitium nunquam tibi numen Iachi  
 Esse velit: potes ut bona vina semel.  
 Letitia careat, careat dulcedine Bacchus  
 Improbo spurcideo quem bibis ore Mevi.  
 Nullus contingat sitibundo nectaris haustus,  
 Pellat vappa tuam, turbida fexque sitim.  
 Degustes non lene merum, non dulce falernum,  
 Pendula vina bibas, mucida vina bibas.  
 Denique quando vides lepidos potare sodales,  
 Et nitida letum sumere fronte diem.  
 Despectus solus sedeas, & ringere tristis,  
 Invida discruciat dum tua labra sitis.  
 Manades & Satyri demum (ceū Penthea matres  
 Thebanæ) lacerent reperimant quemale.  
 Et tua claudantur nullo sparsa ossa sepulchro,  
 Quod rabido faciles carpservis ore jocos.  
 Lusum habet finem, juvenes date vina magistro,  
 Non alia à vobis præmia namque peto.  
 Dumque meam plenis cyathis versabitur artem,  
 Discipuli memores vos precor este mei.

Τ Ε Λ Ο Σ.

THOMÆ VENATORII  
CARMEN.

**R** Es indigna viro totam consumere noctem  
 Inter Thyrsiferi, pocula larga, Dei.  
 Infaustum studium, si cum spumante Lyæo,  
 Undantes pateras nox alit usque novas.  
 Res sed digna viro latices haurire salubres,  
 Fundat ut æternum Cygnus ab ore, melos.  
 Sic rigidos olim legimus maduiffe Catones,  
 Triste supercilium sic posuisse Sophos.  
 Scilicet est aliquid certa ratione bibisse,  
 Hæc pars mansuræ maxima laudis erit.

*E 7 U S D E M A L I U D.*

**Q** ui didicisse voles quæ sint incommoda  
 Bacchi  
 Quæve vicissatim commoda Bacchus  
 habet,  
 Hos lege, non vana conscriptos arte libellos,  
 Quos hominum generi, Sobria Musa dedit.



THESES INAUGURALES  
De  
VIRGINIBUS.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY



## I.



IVINUS ille senex Hippocrates l. 1. aph. 13. ætatum quatuor ponit differentias, quarum primam *Infantiam*, alteram *Juventutem*, tertiam *Constantem*, quartam denique *Senectutem* vocat.

2. His in ætatibus constitutis varia quoque tribuuntur nomina; in fœminino quidem sexu post infantes, *Virgines* sequuntur, quæ constanti deinde ætate *matronæ*, seu *matres familias*, in ultima *vetulæ* appellantur.

3. Cæteris omissis, hac disputatione res nobis erit cum virginibus, in quarum natura & proprietatibus rimandis stylus nobis potissimum occupatus erit.

4. Dicitur autem juxta Antonium Florentinensem in *Summa sua* tit. 2. c. 1. *S. Virgo* quasi *virum agens*, hoc est repellens, ut non permittat se cognosci carnaliter ab eo. Ille nec est modus naturalis, quo

amittitur virginitas. Vel à Virore, secundum *Thomam*, quæ non est experta aduersionem, hoc est actum venereum delectationis: sicut arbor dicitur viridis, quæ à calore non deficcatur in foliis, vel, ut dicit Fulgentius ad *Probam in lib. de Virginitate*, *Virgo* quasi: *virago* & hoc à viro. Vir autem à *virtute*, ut ex ipso se nomine semper admoneri cogiter.

5. Aliis virgo quasi vigor, à vigore ætatis, qui circa annos nobiles est. Aliis quasi Vorago, vel quod ea ætate incipiat medios posse vorare viros. Vel quod habeat fundum, nec possit impleri: *Es muß Fleisch da seyn / das Ding frisset kein Hew.* Secundum *Bersmannum*:

*Non herbis hoc sit rigidus quas educat hortus  
Carne opus est, illas si saturare velis.*

6. Germanis ein Jungfraw / quasi *Unfraw* / quod nondum sit mulier. Aliis quasi *Gumpfraw* / à *Gumpen*; Unde *Simpel*. Verior illorum Etymologia, qui quasi *Jungefraw* dictam affirmant.

7. Porro variis rebus Virginis vocabulum attribuitur. Inanimatis ut sexto Zodiaci signo: *Fonti Romæ*, teste *Marliano in Topograph. orb. Rom. lib. 6. c. 15. & l. 7. c. 16.* Trimeribus à mari nondum tactis apud *Aristoph.*

Stroph. in *Equit. act. 4. sc. 1.* Imò cuilibet  
rei incorruptæ, ut *Philosophiæ* apud *Cic.*  
in *Orat. Eloquentiæ de Clar. Orat.* *Chartæ*  
apud *Martial.* *Terræ* apud *Plinium.*

8. Animatis, ut *Rosis* apud *Catull.* in  
*pervig. Vener.* *Equæ* apud *Plin.* quin etiam  
ipsis *Virginum* partibus, ut *papillis* apud  
*Catull. d. 1.*

9. Magis propriè homini: vel *sexus* vi-  
tilis, videl. *pueris* investibus, qui *bona* sua  
nemini dum vendiderunt, vel *foeminini*,  
ut *potè* *foeminæ* eique vel *corruptæ* apud  
*Terent. Adelp. act. 4. sc. 5. & 7.* & *Virg.*  
*Eclog. 6.* vel *incorruptæ.*

10. Huicque rursus aut nondum ad ju-  
stam ætatem provectæ, ut sunt *puellæ* *Vir-*  
*gunculæ* dictæ *Halbgewachsene Frisch-*  
*ling/ Backfischlein:* Aut *exoletæ*, quæ  
jam *nubilem ætatem* transgressæ in *Virgini-*  
*tate* senium contraxit. *Aristoteli* *παρθένος*  
*ὑπερήμερος τῆ γάμου*, Proverbialiter *γεαῦς*  
*ἑπιφός*, Die nun mehr unter das alt  
Eissen gerechnet wird: oder/ als man  
im sprichwort sagt / Federwisch vor  
der Hell seyl hat. *Fruit* *Luranné Gallis,*  
*überzeitigte Jungfrauen* mit alten  
Besichtern. Ubi notandum, *Apharan-*  
*tes* olim has virginum optimas putasse,  
R 5 quæ

quæ plurimum temporis manserint Virgines. *Stoba. ser. 42.*

11. Propriissimè autem virginis nomen competit puellæ in pubertatis annis consistenti, verum tamen nondum expertæ. Græcis *κοιζομένη*, Ictis Viripotens, *l. 12. ff. de V. S. l. 101. ff. de cond. & dem.*

Ein geständene Mannbare Unbesülte Jungfrau.

12. Pubertatis autem annum Medici à mensium profluvio & pilorum circa pudendum proventu definiunt, quod in diversis diverso ætatis tempore contingit. Cum verò inspectio habitudinis corporis impudica vita sit, Icti antiquitatis normam in sceminis benè positam in suo ordine relinquentes, communiter post duodècim annos completos pro puberibus habendas statuerunt, *in pr. Inst. quib. mod. tut. fini. l. ult. C. quando tut. esse desin. Nov. 100. c. 2.*

13. Jura vero Canonum, quæ magis ad nostra tempora se accommodant, etiam puberes eas vocant, in quibus malitia supplet ætatem, *c. puberes. Ext. de desp. impub.* quas Galli appellant, une fille tempremeuze, Frühzeitig.

14. Causæ virginis eædem sunt, quæ feminæ in genere, excepta formali, quæ ipsa est Virginitas, quam Ambrosius dicit ex-  
pertem contagionis integritatem.

15. Virginitas autem ea est duplex, una mentis, altera carnis; sic docendi causa ab invicem separatae. Hinc Ambros. ait, Tolerabilius est mentem virginem quam carnem habere: & Augustin. in Psalm 29. Quid prodest integra caro, mente corrupta?

16. De priore ait gl. in c. causam in fin. verb. privilegium. De probat. eam esse principium omnium Virtutum: definiturque vulgo propositum perpetuo abstinendi à Venerea delectatione nec dum experta.

17. De hac est, quod scribit suprâ cit. Anton. d. l. 9. 3. quantum ad ejus initium & seminariū, hoc est inclinationem sive dispositionem naturalem, inesse illam à natura, sicut & omnis virtus, & quantum ad causam remotam, quæ est integritas carnis, & materiam propinquam, quæ est experientia Venerea voluptatis, inesse eam à natura & nativitate, quia omnes nascuntur virgines, & inexpertes voluptatis, secund. Per. de Pal. in 4. dist. 33. Sed quantum ad complementum actuale vel habituale, & sic non esse à nativitate vel à natura plus quam aliæ virtutes, nam puer nascens non habet actum nec habitum virginitatis plusquam liberalitatis, sed est sicut aliæ morales per acquisitionem & infusionem. Non enim quicumque habet integritatem carnis, cum ve-

nerit ad annos pubertatis, si eligat in carne incorruptibiliter vivere, statim per hoc habet habitum virginitatis, sed quando cum hoc habituali proposito frequenter domaverit motus carnis, aggeneratur in eo habitus.

18. Effecta Virginum pleraque quoque communia sunt cum sceminis cæteris: exceptis paucis his, quæ peculiariter ab aucto-ribus recensentur. *Ælian. l. 11. c. 18.* retentam in equo urinam laxari ait, & statim copiose reddi, sedarique dolorem, si virgo Zona, qua cingitur, soluta, faciem ejus feriat, strumas ab iisdem jejunis sæpius contrectatas sanari asserunt alii. Nonnulli inter mamillas ova Gallinarum & bombycum excludere eas posse affirmant. Addunt alii, si primitias arboris decerpant, fructus illius fissura notari. Bonifacius quidam Carnalis Romanus scribit, fontes nimio aestu exsiccatos virginum cantu ad scaturiginem horum præsertim cum suavi Musica confidentium, revocari posse.

19. Accidentia Virginis vel animum concernunt, vel corpus, vel mores.

20. Inter animi accidentia primum & præcipuum est pietas & sanctimonia: teste *D. Paulo 1 Cor. 7.*

21. Hanc ut virgines melius excolere possent, cœnobia olim consecrata sunt, in quibus à mundanis deliciis sequestratæ Deo serviendi



viendi liberiores haberent facultatem : qui tamen finis apud nostras Moniales nimis quam exolevit, de quibus rectè vulgus:

Geistlich umb den Kopff / weltlich  
(rauch) umb den Bauch /

Ist igunder der Nonnen Brauch.

22. Secundum accidens est *Castitas*, quæ est abstinencia tam corporis, quam animi, & idem ferè cum virginitate mentali, de qua supra. Hæc cum sola possibilis sit, hominum animas eo præsentare; *Auth. de Leno. §. sancimus, & §. 2. collat. 3.* adeoque secundum mores hominum major etiam in fœminis requiratur: *gl. in l. 43. §. quæ in adulterio deprehensa. lit. Q. ff. de ritu nupt.* non videtur adeo fecisse malè, quamvis iracundè nimis *Virginus Romanus* castitatem filia vitæ quoque ejus præferendam existimans, & illam interficiens, ut morte virginis contumeliam stupri arceret, *l. 2. §. 24. ff. de Off. Jud.*

23. Huic cognatus est *Pudor* ac *Verecundia*, non tam illa, quæ post commissum aliquod dedecus sequitur, & ab *Aristot. 2. Reth.* dolor ac perturbatio in malis præsentibus aut futuris, quæ infamiam inferunt, proveniens, definitur, quam quæ dedecus præcedit, & custos omnium virtutum *Cic. in part. Or.* dicitur. Hæc velut regina est

in Virtutibus virginitatis, & individuus ejus  
contes: moderatrix Cupiditatum & arx pul-  
chritudinis: qua de causa Pythias filia Ari-  
stotelis roganti, quis color pulcherrimus  
esset, respondit, is, quem in ingenuis pu-  
dor gignit.

24. Accidentia corporis sunt vel natura-  
lia, vel præternaturalia: utraque rursus vel  
cum mulieribus communia, vel solis virgi-  
nibus propria.

25. Communia sunt forma, & fluxus  
mensium.

26. Forma virgines decet honesta, sive  
quam statam, id est, mediocrem vocant.

Sie sollen nicht gar seyn / wie das  
Bild von Kiebelheim / welches die  
Mäcken also beschiffen / daß es die  
Bawern nicht mehr anbeten wolten:  
Si verò pulchræ quoque sunt, eò redduntur  
amabiliore.

27. Pulchritudo autem absolvitur potissi-  
mum coloris suavitate, & apta partium pro-  
portione, qualem describit Franciscus Cor-  
niger his versibus:

*Triginta hæc habeat quæ vult formosa videri*

*Fœmina, sic Helenam fama fuisse refert.*

*Alba tria, & totidem nigra, & tria rubra, puella*

*Tres habeat longas res, totidemque breves,*

*Tot crassas, totidem graciles, tria stricta, tot ampla,*

*Sint itidem huic forma, sint quoque parva tria.*

*Alba*

Alta cutis, nivei dentes, albique capilli,  
 Nigri oculi, cunnus, nigra supercilia.  
 Labra, genae, atque ungues rubri, sit corpore longo,  
 Et longi crines, sit quoque longa manus:  
 Sintque breves dentes, auris, pes: pectora lata,  
 Et clunes, distent ipsa supercilia.  
 Cunnus & os strictum, stringunt ubi cingula stricta,  
 Sint coxae & culus, vulvaque turgidula.  
 Subtiles digiti, crines, & labra puellis,  
 Parvus sit nasus, parva mamilla, caput.

28. Germanicis rythmis à diversis regionibus describitur pulchra:

Der Kopff von Prag / die Fuß vom Rhein /

Die Brüst auß Oesterreich sollen seyn:  
 Auß Franckreich der gewelbter Bauch /  
 Auß Beyerlandt das Büschlein rauch /

Der Rück auß Brabant / die Hand von Edln /

Den Arß auß Schwaben / Rufft ihr Geselln.

29. Fluxus menstruus nil aliud est, quam purgatio quaedam à natura ob sanguinem in foeminis, quantitate, interdum etiam qualitate peccantem, stas temporum periodis suscepta.

30. Incipit hic fluxus anno plerumque 14. circa quem incremente jam & vegetiore facto

facto calore nativo, pubes erumpit, ubera tumescunt, corpus libidine titillatur, exuberans sanguis, calore velut attenuatus diffunditur, vixque suis receptaculis coërcitus viam sibi parat, qua dimanet. Da hebt sie an das Zahnfleisch jucken/ werden Bräutigail / und uberauß begirig zum Kügel.

31. Ideoque hoc tempore maximè illas custodiri præcipiunt, Aristot. lib. 7. anim. hist. cap. 1. & Levinus Lemnius in occultis suis, quæ quilibet leget, quod videlicet vernis passeribus tunc salaciores ea unguiculis perpruriscant, & summopore avere incipiant, thyrsum illum, quo se casabundæ sustinere plerumque consueverunt, secundum vulgares rythmos:

*Cum uxor rubescit, juvenis cum virgo pubescit,  
Tunc nux vult frangi, tunc virgo stipite tangi.*

32. Præter naturam cum mulieribus communia accidentia sunt varii, quibus obnoxia sunt, affectus, ut est fluxus dicti, diminutio, aut nimia abundantia. Fluor muliebris, sive albus, quem Fernelius in puella octenni vidisse se testatur lib. 6. patholog. cap. 16. Uteri suffocationes tunc præsertim, quando jam ad majorem ætatem devenerunt, in qua propter Veneris impatientiam

tientiam & cruciatum voluptatis conce-  
præ, semen distentum, nisi quocunque  
modo emittatur, talia symptomata excita-  
re solet, de quibus vide Galen. *lib. 6. de*  
*loc. aff.*

33. Accidens Virginibus proprium & na-  
turale est mammaram durities, ac membri  
genitalis integritas & angustia, unde Lati-  
nis *inguen*, quasi *inwendig eng*.

34. Integritas illa, in quibus consistat,  
disputant Anatomici. Quidam membranam  
inveniri scribunt, in ductu cervicis uteri  
transversim positam, uno aut pluribus fora-  
minibus, urinæ ac mensibus perviam, eam-  
que Hymena vocant, qua disrupta, Virgi-  
nitas pereat.

35. Alii volunt, cervicis latera Venerem  
nondum expertis, quasi conglutinata con-  
nivere, quæ primus concubitus divellat.

36. Verius Severinus Pinæus *lib. 1. opusc.*  
*Physiol. & anatom. cap. 4.* eam sitam sta-  
tuit, in quatuor caruncularum in uteri cer-  
vice sitarum, apta per membranulas colliga-  
tione, quam productionem sinus pudoris,  
hymena, columnam & claustrum virgineale  
vocat, ac *seq. cap. 5.* Rosæ nondum planè  
explicatæ, & caryophyllo eleganter com-  
parat.

37. Hanc integritatem, ipsius Virginita-  
tis, quam supra carnis, diximus, nomine  
*infi.*

insigniunt auctores, ejusque signa τὰ πρῶτα  
θεῖα vocant.

38. Eorum autem diversa à diversis pro-  
ponuntur, quorum alia ab ipsis corporis  
partibus, & excrementis, alia à rebus ex-  
traneis, iisque vel intra corpus assumptis,  
vel exterius admotis, vel tantum circum-  
stantibus sumuntur.

39. Corporis pars, a qua signum virginita-  
tis desumitur præcipuum, est ipsum puden-  
dum, hoc enim inspectum, vel tactum,  
si integrum, ut paulò ante descriptum, in-  
veniatur, certissimum virginitatis signum  
est, quanquam Cojacijs *lib. 17. obser-  
vat. 27.* olim facultatem inspiciendi, an  
aliqua Virgo sit, quoniam in difficili est,  
non consuetam fuisse dicat, licet Carolo V.  
*in constit. crim. art. 35. Et seq.* aliud pla-  
cuerit.

40. Quamvis idem Pinæus *cap. 5.* exem-  
plis duobus ostendat, relaxari posse sponte  
illas carunculas, vel per affluxum men-  
sium, vel, ut *cap. 6.* docet, per clamorem  
nimium, excretionem alvi & urinæ diffi-  
ciliorem, labores in elevatione graviorum  
ponderum, & porro concedat uno vel alte-  
ro coitu tempore mensium factò distendi  
quidem, sed non dirumpi claustrum, &  
post desinentem fluxum resiccati: Quin  
etiam alio tempore factam diruptionem per  
intermissio-

intermissionem rei Venereæ coalescere rursus posse admittat.

41. Huc pertinet signum illud Israelitarum, qui supposito panno, promanantem ex primo concubitu sanguinem in signum castitatis exceptum reservabant. Quod etiam de Nolensibus prodit Afflictus de-  
*os. 236.*

42. Porro sororiantes quoque & duriusculæ mamillæ, quas horridulas *Plautus* nominat, signum esse possunt virginitatis, quarum papillæ fragorum instar rubent, & circulus has ambiens pallet, secus, quam in mulieribus, Item maxillarum efflorescentia, ut & oculorum ac vocis claritas, atque constantia: contrario enim si se habeant modo, corruptionis suspicionem haud le-  
 vem movent, juxta versiculos:

*Qua vaga, qua pallet, bene qua mammata  
 puella est,*

*vix sunt intactæ virginitatis opes.  
 Item: Si folles molles, gena pallet, gæstus oculus.*

*Signa tibi ruptæ Virginitatis erunt.*

43. Similiter Virginitatis signum erunt, si solum ab extremo Naso per mediam frontem ad futuræ sagittalis finem ductum, & collum ejus puellæ in se comprehendere possit.

44. Excrementum est urina, quæ Virginibus sanis subcitrina & serena est, *Ægid. in tract. de jud. Urinar.* Ea etiam si superfusa malvæ, aut urticæ mortuæ virides per noctem herbas conservat, à Virgine se prodiisse monstrat.

45. Intra corpus, si sumat oculum corvi pulverisatum, armoniacum aqua temperatum, fel leporinum, pulverem de partibus croceis in liliis albis, aut gagatis lapidis, vel succini, urinamque retineat, Virgo adhuc est. *Mizald. Cent. 7. aph. 12.* Idem facere suffitum gagatis, testatur *Plinius lib. 36. cap. 19.*

46. Exterius admota sunt vel medicamenta vel ornamenta. Medicamenta, radix lupuli combusta, inque pulverem redacta, lodicibusque subjecta: Pulvis matricariæ combustæ, radices petroselini contritæ, fructus lactuæ, omnia naribus adhibita: Aconitum capiti impositum, fumus seminis portulacæ, vel foliorum personatæ, quam Bardanam vocant, per infundibulum genitalibus immissus. Hæc, si cui urinam non cieant, incorrupta censebitur. *Mizald. d. cent. aph. 64.*

47. Ornamenta, quibus dignoscimus virgines, sunt coronæ, ex variis flosculis compositæ, quas quibusdam in locis capitis futuræ, coronali inde dictæ, in aliis

vero  
nem  
bus q  
mau  
popul  
nes,  
apud  
virg.  
ment  
ad lib  
que  
spon  
batur  
quide  
48  
licet  
tame  
de an  
dam  
Pani  
gred  
flora  
tius  
que  
jura  
ejus  
quie  
bat  
labr  
4  
vero



vero lateri dextro imponunt: Vestimenta  
nem cuique genti & urbi singularia; Qui-  
bus quippe bene olim distinctas apud Ro-  
manos, Spartanos, Athenienses, aliosque  
populos ab se invicem Matronas, Virgi-  
nes, Ancillas, ac Meretrices fuisse legimus  
apud Horat. l. 1. *serm. satyr. 3.* Tertul. *de*  
*virg. veland. & lib. de cult. fœm. Cle-*  
*ment. 4. pædagog. & prolixè apud Lipsium*  
*ad lib. 1. & 3. annal. Taciti.* Annulis quo-  
que duobus Virgines uti poterant, iisque à  
sponso acceptis: Horum qui Thynius dice-  
batur, purus erat: Samothracius, aureus  
quidem, sed capite ferreo, 19. *Isidor. 32.*

48. Externa signa corporis circumstantia  
licet apud nos nulla reperiantur, proditum  
tamen legitur apud Achil. *Tatium lib. 8.*  
*de amor. Clitoph. & Leucipp.* antrum quod-  
dam prope Ephesum in loco Dianæ fuisse,  
Panis dictum; in quo fistula pendens in-  
gredientem virginem dulcissimo cantu, de-  
floratam econtra miserabili ejulatu, vel po-  
tius etiam alto silentio exceperit. Uti quo-  
que fontem Stygis, cujus aqua, si virgo  
juramentum suum, inscriptum chartæ, in  
ejus crepidinem deponebat, limpida &  
quieta manserit, at si corrupta idem tenta-  
bat, turbata, ad extremum usque fontis  
labrum intumuerit.

49. Pariter refert Boissardus *in topograph.*  
*Romæ,*

Roma, die I. in delubro pudicitiae imaginem marmoream apertis labiis, buccam veritatis dictam, cujus in os jurata, manum imposuerit, ac si *Ψευδοπαρθένος* erat, contracto ore manum ei imago amputaverit.

50. Scribunt etiam Synesius, Johannes Tzetzes, Ælianus, & Oppianus, avem esse porphyrionem dictam, quæ ad conspectum scorti moriatur. Hæc usque certissimum virginitatis documentum præbere posset. Cur autem ejus tanta sit raritas, non Delphis petendum, adeo fecunda Virginum hæc tempora, sterilia castarum.

51. Atque hæc de signis virginitatis dicta sufficiant, ubi tamen notandum, unum vel alterum signum solum vix esse sufficiens, ut certum quid adstruere possimus: Sed quod prudentes Jurisconsulti & Medici in ambiguis casibus faciunt, vel omnia vel quam plurima, eaque præcipua conjungenda, & ex illarum concursu, quod videbitur, pronuntiandum.

52. Restat ex accidentibus corporis proprium virginibus præter naturam, quod dicitur morbus virgineus, alias amatorius, seu febris alba. Est autem nil aliud, quam obstructio venarum circa matricem: cujus ratione sanguis superfluus ad venas majores regurgitans, hepatis operationes interturbat, unde

unde crudus generatur humor, & in corpus distributus, colorem rubicundum deformat in pallidum, totum refrigerat, partem ac crebram respirationem, cordis palpirationem, lassitudinem, cibi fastidium, & capitis gravitatem, atque dolorem infert.

§3. Hic ut curetur, requirit medicamentum, quæ frigidos & viscidos humores incidunt, attenuant, crudelitates concoquunt, obstructions aperiunt, & materias adhaerentes abstergunt, de quibus vide *Mercat. de morb. mul. l. 2. c. 6.*

§4. Quod si his adhibitis non cesset, & accedat abundantis & titillantis seminis cohibitio, convenientius remedium, quam hoc, nullum esse potest:

*R Mentæ parvæ palmum unum,  
Orchidis manip. 2.*

Fac rem in re, carnem in carne, fiat infusio in strato lecto, idque mane & sero nocte concubia, & in omni tempore repetatur. Probatum est.

§5. Fuerunt hæctenus accidentia corporis, morum sequuntur, quæ ut paucis corrahamus, consistunt in eo, ut Virgines non sint garrulæ, nec nugigerulæ, aut verborosæ, sed, ut loquitur *Augustinus*, prudentes in oratione non tam eloquentia, quam

quam pudore pretiosa, nec se efferant superbia, sed modeste cuncta peragant, cum secundum eundem *Augustinum*, alias melius esset, humile conjugium quam superba virginitas.

56. Laboribus sibi convenientibus sedulo incumbant, eaque ratione se à Cupidinis flammis defendant, juxta *Ovidium* enim:

*Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.*

Hinc Atheniensium Virginibus, ne otiosæ essent, solenne fuerat, peplum contexere, & Palladi dicare, in quo præclara Heroum fortium facta exprimebantur.

57. Adhæc suspectarum & lascivarum commercia cane pejus & angue fugiant, quando quidem *Juvenalis* sententiâ:

*sicut grex totus in agris  
Unius scabie cadit, & porrigine porci,  
Uvaeque conspecta, livorem ducit ab uva.*

sic cum his talibus conversantes, iis quoque similes sensim insciæ evadunt.

58. A curiositate & frequenti excursionne nocturna præsertim, hodiè nimis quàm familiari, omninò sibi interdican, cum non nesciant vulgare proverbium:  
*Fürwis macht Jungfrauen thewer.*  
Quo à vitio, ut virginibus suis caverent, Hebræi moti imprimis exemplo *Dinæ Jacobi filia,*

bi filiaë, *Genes.* 34. inclusas eas & invisas à publico continebant. Ethnici quoque, ut custodirent filias, thalamum, locum in extrema parte ædium, constituerunt, in quem, ne temerè ante nuptiarum tempus conspicerentur, hæ cum matribus sese subducedant.

59. Qua de re partes illas ad sessionem destinatas (*die dickköpffichte Aersß*) si quis penitus introspiciat, latiores in fœminis, quàm in viris ab ipsa natura factas sentiet, quem tamen usum nemo adhuc inter Anatomicos animadvertit.

60. Præter hæc enarrata accidentia Virgines quoque singularis quædam amabilitas consequitur, quam τὴν χάριν, sive gratiam vocatam *Homerus* huic ætati tribuere videtur, cum quo consentiens *Plutarchus* ἐν ἐρωτικῶν prodit, gratiam ab antiquis appellatam esse fœminæ concessionem, qua se submitit, & commodat viro. Hinc puellam nondum viripotentem ἀχαριν *Sapho* vocat.

61. Tanta autem hæc in virginibus gratia est, ut antiqui tabernis suis eas præponere consueverint, quo provocarent contractentes, ut patet ex *l. 8. ff. de Inst. action. & l. que adulterium C. de adult.* per hanc enim non solum homines, præsertim juve-

nes ætate adhuc calentes, verum etiam ipsas bestias facile sibi conciliant: Nam, teste Gesnero, Psittacus ad conspectum virginis exhilaratur, & gestibus sese erga illam ostendit admodum applicabilem.

62. Adstruente etiam Æliano, Elephantum summoperè has amat, adeo ut dona ipsis, prætereundo tulisse, promuscidem intra vestium sinus inseruisse, faciemque ad amoris declarationem tersisse ferantur.

63. De Monocerote similia refert Isidorus lib. 12. Etymol. cap. 2. & Natalis Comes lib. 4. Vexat.

*Virginis amplexum cupiit fera bellua (nam sic Fama refert) somnumque, placidamque quietem Virginis in gremio optata, somnoque soluta Funibus invenit sese, vinculisque ligatam, Seu natura dedit secreti semina amoris Virginis, atque fera est atrox innata cupido.*

Quin etiam Plutarchus scriptum reliquit, serpentem Aetolæ cujusdam virginis amore captum, nocte eam adire contuevisse: & Plinius, Aquilam tanto Virginem amore persecutam tradit, ut cum mortuam effertur conspiceretur, gemebunda quasi subsistens, postremoque in accensum sese rogam immittens, simul cum Amasia conflagrarit.

65. De juvenibus siquidem secundum naturam sese habentibus, non est, quod multum

multum probemus, ein jeder ziehe sich selbst bey der Nafen. Si qui vero præter naturam stolidæ frigiditatis Catoniastri inveniuntur, in eos merito vates invehitur:

*Dii pereat quisquis lepidam spectare puellam  
Ferrens hanc ullo tactus amore potest.  
Turgidulosque oculos leviterque natantes  
Nec poterit blandum poscere basiolum.*

Et alioquin ut plurimum in his talibus videmus, quod olim Tibullus ait:

*Vidi ego, qui juvenum miseros lusisset amores  
Post Veneris vinclis, subdere colla senem.*

66. Doratæ vero sunt virgines hac gratia ab ipsa natura ob speciei propagationem:

*Nam lepidum, nam dulce aliquid, blandumque  
videri*

*Opposuit natura viris, quo ducimur omnes,  
Sed sine vi, sed sponte tamen, centrumque puella  
est,*

*Hanc circumrotat orbis & alti machina mundi.*

67. Ipsa quoque nativa simplicitas & integritas Virginitatis, quem non in Amoris sui nassam pertrahat? unde eleganter Catullus:

*Ut flos in septis secretus nascitur hertis,  
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,  
Quem mulcent aura, firmat sol, educat imber.*

Multi illum pueri, multa optavere puella,  
 Idem cum tenui carptus defloruit ungue,  
 Nulli illum pueri, nulla optavere puella  
 Sic virgo dum intacta manet, tum chara suis,  
 sed  
 Cum castum amisit, polluto corpore florem,  
 Nec pueris jucunda manet, nec chara puellis.

68. Accedit huic pulchritudo virginittatis comes, quæ vel hostes exarmatos ad amplexum allicit, eam Publ. Syrus mutam commendationem, Theophrastus fraudem tacitam, Plato naturæ privilegium indiget.

69. Et hæc quoque gratia earum tantum apud Jurisconsultos & Imperatores valet, ut ipsis jura & privilegia, quam quorum mentio fit *cap. 14. ext. de probat.* subinde concesserint, quæ post alia, pudicitiam etiam earum defendant *gl. Amil. l. 78. ff. de minoribus.*

70. Sunt autem illa jura sive privilegia, vel virginittatis propria, vel cum reliquo fœminino sexu communia.

71. Cum enim generali mulieris appellatione, virgo etiam viri potens contineatur *l. 1. 3. ff. d. V. S.* & ideoque mulieris Legato Virgo etiam comprehendatur. *l. 81. §. 1. ff. de legat. 3.* & ibi *gl. Virgines.* Videtur ea in genere iisdem juribus frui, quibus mulieres, nisi subjectum vel circumstantiam



stantiæ qualitatis aliud suadeant. *l. argumen-  
ro. §. muliebri. ff. de auro & arg. legat.*

72. Inque privilegiis omnibus fruitur  
etiam illa, quæ unius viri morientis, in-  
violatum thorum servat, quam miratur pa-  
riter ac laudat, & non procul à virginitate  
ponit Imperator *in Nov. 2. c. 3.*

73. Communia itaque sunt, quod im-  
punè jus suum ignorant, *l. 2. in fin. ff. de  
jure fisci l. 13. C. de juris & fact. ignor.*

74. Quod corporalia munera non cogan-  
tur obire, *lib. 3. de mun. & bon.*

75. Quod non possint carcerari, aut à  
viris custodiri, *Nov. 134. c. 9.*

76. Quod non possint in publicum pro-  
trahi *lib. 1. C. de off. divers. jud. nec in  
jus vocari lib. 2. ff. de in jus voc. l. 22. ff.  
eodem.* Quod citatio realis, tanquam se-  
verior non habeat in iis locum, *Gail. obs.*

48. *num. 14.*

77. Quod non præsumantur donare,  
*gl. ex contrario in li. 34. ff. de neg. gest.*

78. Quod cum ipsis in genere defensio  
pudiciæ permittatur per *l. 3. ff. de just. &  
jur. l. 8. ff. quod metus causa:* tum vero in-  
primis virgini pro conservatione virginitatis  
suæ, quam nec Deus ipse suscitare post  
ruinam potest, secundum Hieron. & *l. un.  
C. de rapt. virgin.* actiorem pudiciæ suæ  
tentatorem occidere permissum est, ita, ut

ordinaria legis Corneliae poena affici non debeat, l. 1. §. 4. ff. ad leg. Corn. de sicar. pro qua ratio magna Paul. §. sent. tit. 23. vers. qui latronem, & ibi Cujacius Valsus in controv. illustr. 11. num. 10.

79. Huc accedit, quod Dio l. 56. de Augusto scribit, illum nempe eis, quae virginitatem servarent, eadem, quae matribus praemia largitum fuisse, & quod virgo omnino nubere nolens, privilegiis nihilominus nuptiarum gaudeat, l. Imperialis C. de nupt. & ibi Baldus. Item, quod vim passa illaesa sit exstimationis l. 20. C. ad l. Jul. de adulteriis.

80. Propria sequuntur, inter quae notabile maximè est, quod Tacitus l. 5. anal. scribit, tradere auctoris temporis sui inauditum habitum fuisse, virginem triumvirali supplicio affectam.

81. Jovinianus imperator capitis puniri voluit, qui sacram virginem impudico aspectu fuisset intuitus, hist. Eccles. fac. l. si quis C. de Episc. & Cler. & d. l. un. C. de rapt. virgin. siquidem ipsa principia abscidenda & per ipsum aspectum insita animabus, delinitio, & ex hoc lapsus prohibendus, Novell. 133. c. 3.

82. Quo referrì potest etiam illa praerogativa: Si factum legatum Monasterio fuerit in dubio, de Monasterio Virginum, intelli.

intelligitur Bart. in l. multis ff. de statu hominum, Cynus in l. eum multa. C. de donante nupt. in quest. ult. ubi de hoc idem sequuntur Bald. & Ang.

83. Si virgo dederit aliquid, vel dare promiserit coacturo, ne stuprum ab eo patiatur, locum habere edictum de restituendo in integrum l. 8. quod si ff. quod mens causa.

84. Inter reliqua hoc quoque singulare est, quod peculiari miserabilium personarum inter quas eas refert Menochius de arbit. jud. cas. 66. num. 1. & 3. securitate gaudeant, quæ post Dei protectionem legib. & imperio præcipue curæ esse debent, l. un. Cod. quando Imp. inter pupill. vel vidu.

85. Et illud peculiare, quod si ex circumstantiis qualitatem sexus indicantibus constituerit, quod quis virginem animo injuriandi mulierem appellavit, actioni injuriarum locum esse dicant, l. 15. §. si quis ubi Bart. & gl. ff. de injuriis.

86. Item, quod is, qui frequenter virginem appellat, & affectatur, coram illa utitur turpibus verbis, vel abducit comitem, vel proponit, aut cantat aliquid, quod ejus pudorem lædat, tenetur edicto injuriarum l. 15. §. 18. 16. 17. 25. ff. de injur. §. injur. de injur. Franc. de platea in tract. restit. num. 4.

37. Plagii quoque crimen cum sua poena ad eos traduci potest, qui dolo puellas, virgines, corrupendi, prostituendique causa seducant, ut lenones & vetulae nonnullae suam operam iis locantes, qui jura negant sibi nata, & quodlibet licere putant, *Wesenbec. in instit. de jud. publ. §. ult.*

38. Iovinae virgini, osculum rapiens, capitaliter puniendus censetur à Baldo in l. si fugitivi C. de ser. fugit. allegante l. si quis non legem C. de Episc. & Cler. secundum gl. vero in lege 1. pr. de extraordin. crim. poena arbitraria permittitur, cui subscribit Cynus in d. l. si quis, in 6. oppos. & Salicet. in l. is qui cum telo, codice, de sicariis. dum allegat d. 1. 1. de extra. crim. vide item Afflictum decis. 276. & Clarum l. 5. sentent. §. ult. quast. 83. vers. oscul. infer.

39. Virginum raptores pessima criminum peccantes, aliosque auxilium his praebentes, capitis supplicio plectendos Imperator decrevit in d. l. un. C. de rapt. Virg. §. 8. Instit. de publ. jud. d. l. si quis C. de Episc. & Cler. nec his etiam vis alylorum quicquam proficere debere voluit Novell. 17. c. 7. quo pertinet, quod servus raptorem Virginis indicans, ipso jure liber fit, l. 3. C. pro quib. caus. serv. pro praem. lib. accij.

90. Virginem impuberem corrumpens injuriæ accusari potest, *l. si creditor ff. de injur.* Cæterum quomodo puniatur talis, vide *l. 38. §. qui nondum ff. de pœnis l. si stuprum ff. de incend. l. adigere §. quamvis ff. de jure patronatus.*

91. Cæteroquin per vim stuprans Virginem capitaliter punitur, §. *sin autem per vim inst. de publ. jud. l. mariti §. sin. ff. ad l. Jul. de adult.* in dubio etiam per vim stupratam præsumi dicit Mascardus *de probat. vel. 3. concl. f. 1253. num. 31.*

92. Stupratam autem dotare & in matrimonium assumere cogebatur stuprator apud Judæos *Deut. 23.* Quod & olim apud Athenienses lege cautum fuit, vide *Clarum l. 5. sentent. 5. stuprum nu. 3.* Hodie à copulativa ista ob rationes allatas à Wesenbecio *in paratit. ad l. Jul. de adult. n. 21.* resoluta est in alternativam, ita ut vel duci in uxorem, vel ea, quam pater dedisset, dote instrui jubeatur, Canones autem volunt, ut aut ducat, aut excommunicetur, *c. 1. & 2. de adult.*

93. Porro filix favore pudicitix in noxam dari non possunt, §. 7. *Inst. de nox act.*

94. Magna quoque quæstio est, an legatum ea conditione virgini relictum, ne nubat, valeat, respondet *gl. in authen. cui*

*relictum* C. de indict. viduit. verb. contract. nupt. veterem legem servari, ut possit nubere, & habere legatum, l. cum tale §. *Mavia* ff. de condit. & demonstr.

95. Patris est filiam nubilem nuptui dare l. 3. de privileg. credit. Item dotare l. fin. §. *utramque* C. de dotis promiss. quod si hoc distulerit pater, usque ad 25. annum filiae, & forsan ex hoc contigerit, eam in suum corpus peccare, aut sine consensu parentum sese marito, libero tamen, jungere, ob id exheredari nequit, *Mav.* l. 11. c. 3. §. 11. *auth. sed si post.* C. de ineff. test.

96. Cæterum licentia dissentiendi à patre filiae conceditur, si pater indignum moribus, vel turpem sponsum ei eligat, l. 12. ff. de sponsal. vel religionis diversae l. 5. C. eod.

97. Pupillam suo arbitrio nubere posse, videtur, arg. l. 20. ff. de ritu nupt. cui consequens est, virginem sui juris, si cultu verecundiae noluerit propriam voluntatem declarare coram propinquis, si inter honestos competitores matrimonii oriatur certamen, judici deliberare permissum, cui melius societur, l. 20. C. de nuptiis. si vero in conventionis delectu, competitores illi pares sunt genere ac moribus, is potior existimari debet, quem sibi consulens approbaverit, l. 10. C. eod.

98. Huc

98. Huc quoque referri potest, quod ait Clarus 4. *sentent. §. donatio q. 9.* senem puellæ uxori in compensationem senectutis donare posse.

99. Præ virili sexu quoque singulariter hoc ipsis indultam est, quod citius matrimonium contrahant, quam masculi, *in pr. Inst. de nupt.* quia prius efficiuntur puberes, *in pr. Inst. quib. mod. tut. fin.* Item, quod citius veniam ætatis impetrent, anno videlicet 18. masculi duntaxat 20. l. 2. C. *de his qui ven. atat, impet. §. fœminas quoque.*

100. Denique in Hispania, ut refert Pappo 24. *art. 10. art. 54.* virgo damnatum ad mortem liberare ab illa potest, si in matrimonium petat. Quod Germanis etiam puellis olim per funis, quo reus colligatus ducebatur, abscissionem usitatum: sicut apud Romanos Vestalium virginum fortuitus solummodo occursus damnatum à pœna mortis eximebat. *Alex. ab Alex. lib. 5. Genial. diæ. c. 12.*

101. Explicata hæctenus virginum natura per causas, effecta, accidentia, consequentia: restat, ut de earum oppositis quoque aliquid agamus. Opponuntur autem virginibus in virili sexu juvenes: muliebri vero delibatæ.

102. Hæ sunt tales vel legitimo modo

per conjugium vel illegitimo: quæ rursus  
 duplices: aliæ n. se tales profitentur: aliæ  
 id omnibus modis dissimulantes, virgini-  
 busque reliquis similes se gerentes, ab ipsis  
 superficialiis signis dignosci minime queunt.  
 Haud perperam tamen istiusmodi nocturna  
 mulier, diurna virgo, ad differentiam,  
 Virgo Fuit, appellari potest. German.  
 mit züchten zu reden / ein Jungfraw  
 ihres zeichens / die ihr / obiter in tran-  
 situ, die wurmstichrige Fleischkammer  
 visitiren lassen / oder aber sonst uff  
 der Keyse nach dem Venusberg ihren  
 muthwilligen Köhlein ein Eissen ab-  
 gerent. Euripides in Ione *παρθένος ἀπαρ-  
 θένης* vocat, German. **Un Jungfern.**

103. Hæ quia non ignorant secundum  
 notam Juris Reg. Idem operari fictionem  
 in casu ficto, quod veritas in vero, in id  
 unicum incumbunt, ut quia caste non vi-  
 vunt, caute tamen illud palliare queant.  
 Unde omnia, quæ virgines facere decet,  
 anxie imitantur, adeo ut recte illarum si-  
 miæ, **Nachgnäffte Jungfern** dici pos-  
 sint.

104. Pietaris studium ut effugant, ma-  
 gna sc. cum devotione ædes sanctas adeunt,  
 non tamen ut verbum retineant, sed ut à  
 conven-



conventoribus suis spectentur, quos limis ac lascive morficantibus oculis intuentur (quorum musculum amatorium, à medicis dictum, egregie exercere norunt) nec non ipsis etiam gesticulatione manuum ex compacto animi cogitata ostendunt. Interdum etiam sicca & inani tussicula sibi invicem respondent. Sacram vero concionem domum reversæ tam nesciunt, quam nescire curaverunt. Cæteroquin in lecto (*Geistlicher weiß davon zu reden*) Pontificiæ ferme videntur, utpote pluris opera quam fidem æstimantes.

105. Castitatem ut præ se ferant, coram hominibus nescio quam rusticam morositatem obtrudunt, nemini verbulum respondere aut porrigere manus ausæ, licet clam vel utrumque mallent, *Sehen so züchtig und Maulhengkolisch vnder sich / wie das Venerische Frauenzimmer / das man mit Kleyen mäset.*

106. Quamvis etiam nil magis cupiant, quam ceptum semel amoris spatium strenuè decurrere: attamen si quis vel honestum ab illis osculum sumere velit, manibus pedibusque non verentur repugnare, ne nimirum quod sunt videantur, de quibus rectè Ovidius:

*Pugnabit primo fortassis, & improbe dicet,  
 Pugnando vincti se tamen illa volet,  
 Vim licet appellent, grata est vis illa puellis,  
 Quod iuvat, invita saepe dedisse volunt.  
 Quod rogat illa timet, quod non rogat, optat ut  
 instet.*

Versagen ist der Jungfrauen Sitt/  
 Doch habens gern daß man sie bitt.

107. Pulcritudinem (quam mirè in his depopulatur Veneris Agoniae exercitium Lemn. l. 3. de occult. c. 2. darumb sie mehrtheils mit den Kindern Israel durch die Wüste gegangen scheinen) ut sibi aliquam comparent, & pro mustelino ac coriaceo colore purpureum genis inducant, variis & hic non recensendis fucis utuntur.

108. Mammæ maritas, ubi castra sua Cupido locavit, usurpatione nimia flaccidas & pendulas redditas, ita ut lac paulatim generare assueverint, similiter decoctis aliisque adstringentibus rigidulas reddere, & in pristinam formam erigere conantur.

109. Quin alternis ineundo & exeundo pudendum portâ patientius factum, seu campos, ubi Troja fuit, imò forsan decennale bellum, ad redimendam virginitatis speciem balneis aluminosis & succis constringentibus coangustare laborant.

110. Minus subtili haud spernenda tamen

men fallacia sponsa quædam rustica, quæ jam in sinu divi Futini virginittatis suæ prætextam deposuerat, usâ est: Nam cum sponsus benè potus tensis venis (velis inquam) in Hollandiam nocturna navigatione ferretur: ipsa folium brassicæ inguini coarctando instar subtegminis applicuit. Hoc itaque tandem disrupto, cum bonus ille Corvutus iter suum confecisset, ex languore in altum somnum datus est. Cui mane expergefacto, folio adhuc clavo inhærente sponsa inclamavit: Hem, Jane mi, ubi tam summo mane olera legisti? *Holla/wo bistu so früh im Kappes gewesen.*

111. Denique etiam vestimenta & ornamenta virginibus convenientia sumunt, cotonasque & zonas distinctæ hæ gestare audent, ut magis virgines imperitis & simplicibus pennalibus appateant. Sed si inspicerentur, ubi gallinas aperimus, longè aliud manifestaretur. Graviter autem hac in re peccare dicuntur, *in gl. 32. qu. 5. in pr. & in c. si Paulus & in c. illud ea causa, qu. 2. gl. in c. causa matrim. in verb. privil. & ibid. Panorm. in 2. col. de probat.*

112. Licet verò in his & aliis rebus, ut dictum, virgines sedulo hæ imitentur, ex moribus tamen tanquam ex virgine Leo à castis discriminari queunt.

113. Humilitatem enim à se ablegantes, superbos sumunt spiritus, & ne nemini placeant, sibi ipsis placere incipiunt, comas cristarum instar erigunt, faciem medicaminibus attritam tam speculis quam cultorum suorum oculis continuo obijciunt, *Spiegeln sich uff gut Janisch hinden und vorn.*

114. Vestimentis quoque, in quibus sæpè plus quàm in ipsa dote habent, corpus impura libidine contaminatum splendide contegunt. Gradus arte & secundum tabulaturam componunt, ut ne minimum quidem vestigia extra mensuram aberrent, sicque incessus ipsa testudine tardiores vultus illarum huc illuc lascivienti & ementita modestia differant, lenteque ab obviorum juvenum oculis abstrahant.

115. Porro quemadmodum has pro continentia & humilitate libido & superbia invasit, ita etiam pro labore dulces sibi faciunt ferias (nam luces amant otiosas, noctes verò negotiosas) manibus, quod ajunt, compressis, & digitis pectinatim inter se connexis, superque genua convexis, sedentes, atque an forte per plateam proterva juvenus incessura sit, expectantes. *De cæteris lassen sie die Hunde sorgen / die bedörffen 4. Schuhe.* Quod si tamen

οὐκ θεοῖς à matribus ad labores adigantur, leni eos brachio aggressæ, ita frigidè tractant, ut nolle illas facilè animadvertatur.

116. Sunt tamen quædam, quæ ne omninò otiosæ appareant, ut Athenienses pepulum Minervæ ita amatoribus suis collata, strophiola, ferra, & hujusmodi ineptias conficiunt, quibus eos opere noctu faciendo defatigatos non nihil recreare, demulcere, & ad fortiter in posterum officio perfurgendum sibi demereri solent.

117. Insuper confabulationibus, salacibus & otiosis Lectionibus Ovidii de arte amandi, Amadisii, Bocatii, Euriali & Lucretiæ, clariss. Dn. Eulenspiegelii, in formulas precum redacti, Gartensocietatis in spiritali significatione editæ, Rollwagii, & similium libellorum lectu non injucundorum operam dare vulgarem, haud deprehendentur, ut ita Theoriæ fundamentis feliciter jactis feliciter exercere praxin possint.

118. Unde conspecto fortè liberalioris staturæ nasi, formæque Juvenale (amant n. valdè semper Dominos Longolios & Nafianzenos, modò si cætera sint paria: contra verò Minutii & Curtii in tempore tantum necessitatis & Leipandriæ cavernam inquitant) Hujus ac talis, inquam, amorem ut sibi venentur, nullum non lapidem movent,

venit, nullas non astutias excogitant. Quos non occurfus ei donant? queis nutibus, i-ctibus, exsertationibus, sibilationibus, scalpturitionibus pedum, qua furtiva oculorum luxuriantium mollitie; mutis quodammodo verbis, prætereunti non loquuntur? quas non venaticas canes emittunt? quas non liverulas variis modis occultas (de quibus & aliis vide thematicum discursum de cochleatione, præcipuè *th.* 17. & 18.) quas non peremptorias citationes, quibus inverso planè lesbiandi procandive ordine, circa horam indidem constitutam conveniendi sui copiam ultro largiuntur, ipsi insinuant?

119. Et sanè si quando remotis arbitris (licet suo intellectu *Magnis testib.* ista res agatur) contingat ipsas aureola sua præda frui, lasciva hædeta ambitiosiores effusissimo illam amplexu occupant, eoque sæpius ex nimio affectu procedunt imbecillitas, ut, cum suapte natura curto insistant calci, in morbum caducum prolabantur, ab eoque sine seipione aliquo illibenter resurgant.

*Da sparet man beyderseits ehre / und behilffe sich alleweil mit schanden.*

120. Quod si fortè in ædibus propriis commodum non videtur, quamlibet excurrendi occasionem, quidlibet prætexentes, inquirunt, ut ad loca condicta maturè se  
confe-

conferant, ubi à Domino Feudi magno cum gaudio expectantur, & majore cum Lacedæmonio excipiuntur, ubi actio postea de communi dividendo intenditur, per quam corporaliter rerum fit divisio. l. 2. ff. b. t. cui adhaeret actio de in rem verso.

121. Hinc est, quod choreis tantoperè, nocturnis præsertim delectentur, ubi liberiusculè omnia peragi queant, & si forsan aliquid urgeat vel turgeat, ad marginem paulisper secedere, sibi que satisfacere minori cum periculo possunt. Da gibt es dan blinde Brautgriff / & dum Cytheriacæ illæ columbulæ, oder Lust töchterlein omni se nervorum conatu ac contentione repellere libidinem simulant, manibus demum eam excipiunt ambabus.

122. Deficiente verò fidicine, ad lætitiæ datorem Bacchum amaroriæ militiæ provisorem confugiunt. Laeten om Trunckgens op de Kâyn omgaen: Ex bona charitate, in fraternitatem & sororitatem, Zwey zugleich auß ein Glas / so schmacket's ihn desto bas. Uff vier und zwanzig / da man zwanzig in geschrenkten armen / drey im Mündgen / und eins im Glas hat: uff ein freund?

freundlichs ansehen / handtgeben /  
Küssen / 2c.

123. Donec tandem Dominus à Rauschenberg appropinquet: da hüpfen sie auch wol nach einer rostigen Trumpel / Hackmesser / Becken / oder dergleichen: Oder fangen sonst allerley Cristliche Spiel an / als da sind: die Blinde Maus / Sackmutter / Fickmühl / Auf und ein / Ubereck ins Bein / das Allefengel / Greiff aus Schwänkel / des Venus Tempels / des Fuchs / des Vogelküssens / des letzten Stichs / der ihn so wol thut / Loch zu loch / In die Würst fahren / Der liebe Predigt / Bauch wider Bauch / des Stichgrübel / Es müth mich: Quid est, ein jeder Vogel in sein Nest.

Et in summa, ut etiam publicæ, literariæ imprimis rei profint, adeo sunt applicabiles, tractabiles, kussibiles, & sebjectibiles, ut Theologiæ studiosis pro cathedra, quam conscendant, Juristis pro pulpito, cui corpus imponunt, (die Junckfrau  
zu



zu Wittenberg ungemeint) & medicis pro vivæ anatomix subjecto, ac denique nemini non inserviant.

125. Monitos autem voluimus harum sectatores, ne semper amabiles sperent nefcii auræ fallacis, & ne nimium ipsis fidant, dan sie auch keinem glauben / sie haben denn den Glauben in der Handt / inconstantes quippe, & cothurno mutabiliores, maximeque in amoribus desultoriae, adeo delectat eas varietas.

126. Atque hæc de titulotenus virginibus: quas, quod præter institutum delineavimus prolixiuscule, factum, ideo quod has quam illas, majori cum difficultate dignosci, licet minori cognosci posse animadvertimus.

127. Super sunt eæ, quæ virginitatem corruptam non diffitentur, & in genere meretrices, seu scorta dicuntur: quarum aliæ uni tantum viro obsequuntur, pellices vel concubinæ dictæ: Aliæ multorum libidini patent, & vocantur Philocomasia, Gelochschwestern / die mit unden und oben liegen. Charitonix puellæ, id est, venalem gratiam habentes, quæ ex Platonis disciplina vivunt, nemini negant, si modo argentum det, die sich mit der  
Faust

Fauft ernehren / dar auff sie sitzen.  
Unde quaestuariæ, seu practicæ Ulpiano dicuntur.

128. Ex his postremis rursus quædam habitant in lupanarib. seu æde publica Divæ virgæ placæ, prostibula dicta. *Zahen* *stiffts-Pfründnerinn* / oder *Schuch* / oder *Jungfrewliche Leibs Guardy* / quædam circa moenia urbium vagantur, inde Summcenianæ appellatæ: quædam denique in sylvis, pratis, aut campis, *Schleyr* / *Wiltpret* vel ut Gallis sonat, *Geschleyerte Wachtelen* / alias nominatæ Nymphæ nemorales & campestres, *pe* *cora campi*, die das *Gras* mit dem *Hindern* abmehen / *Diobolares*, *Halb* *bahen Mägdelein*.

129. Hæc itaque narrative, & *ἀς ἐν* *παρόδω* de meretricibus dicta sufficiant: qui ulteriorem earum cognitionem petit, libellum de fide meretricum, aut ipsas adire, & ex praxi quotidiana, quæ interpret est legum, plura addiscere potest.

## COROLLARIA.

## I.

*Num osculo illato illibata censeatur virginitas?*

Distinguiamus inter osculorum genera sine discrepantia. Aliud enim est pudicorum affectuum, quod pro charitatis symbolo honoris & salutationis ergo obviantibus, discedentibus, peregre redeuntibus dispensamus, & proprie Basium vel Osculum purum, & sororum vocant, quod olim apud Romanos, etiam Persas & plerosque orientales populos, inter Christianos denique veteres obtinuit: sicuti hodie quoque apud Gallos, Belgas, & in quibusdam Germaniæ locis, &c. Aliud rursus est, quo Kurtzweilitatis gratia per ludum & jocum labella tantum labellis comparantur, de quo Germani, *Küssen ist nur ein abwischen*. Tertium, quod Venus quinta parte sui nectaris imbuit, est libidinum, cum labra lascivis morsuunculis stringuntur, ac linguæ commistis salivis utrinque inferuntur, quod hinc Græci *κατάλαττισμα* Latini suavium sive columbatium, aut armatum osculum vocant, cum nempe armis illis, quæ gestare sola per leg. Cornel. licet, opus aggreditur miles Dionæus. Hoc adulterii præcæmium Hoermannus,

mannus, Angelus libidinis antecœnium, antecursorem Jul. Cæs. Scaliger, Tacitus prænuncias flagitii blanditias appellat: Quod si qua delectata exercet, vix est, ut non dicam, sincera oscula, sed virginitatem integram ad maritum perferre censeri debeat. Ex hujusmodi n. præparantis se nequitæ velitationibus arguitur, & inferitur stuprum, juxta gradus à gloss. in l. 23. ff. ad l. Jul. de adult. enumeratos, *Visus, colloquium, convictus, oscula, factum.* Cagnol. in rubr. C. de edend. num. 28. & ibi Bellon. n. 59. Covarr. in tract. de matrim. 2. part. c. 7. §. 6. Bald. in l. advers. C. de furtis.

## II.

*An virgo lac habere possit?*

Cum, teste Lemnio l. 3. de temper. c. 3. Infantibus masculis recens in lucem editis ex papillarum conis vel sponte leviter compressis profluere lac possit, & viri tantum generare valeant lactis, ut etiam infantem fere alere possint, qualem se vidisse testatur Cærdanus de subtil. & Horstius exercit. de hom. l. 1. ep. 7. q. 8. cur id denegatum esset virginibus? ex quib. tamen aliquando lactantes fieri debent vaccæ? Unde etiam natura iis, præsertim grandioribus sanguinis copiam in venis thoracis elargita est, quæ, si in mammas derivetur, & ab eorum robore vincatur, utique lactis

ctis rudimenta hæ proferent. Licet non sit laudabile & exquisite coctum, & vix generetur, nisi menstrua ipsis deficient, teste Hippocrate *l. 5. aphor. 39.* Alias si lac perfectum in sana virgine reperiatur, id profecta tantum est virtutum, ut unica tantum ejus gutta, plus quam omnes quintæ, sextæ, vel decimæ Chymicorum essentia, atque adeo tantum valeat, ut quicumque illam duntaxat videat, non possit esse cæcus. Imo multo etiam efficacior est, quam vel ipsum argentum & aurum potabile, præsertim si cum similibus misceatur, verbi gratia:

*Recip. Lactis virginis,*

*Lactis muli, ana mensuram quartam,*

*Adipis muscarum,*

*Sanguinis apum,*

*Linguarum pulicum,*

*Dentium pediculorum,*

*Ossium Cicadæ,*

*Ossium de corde corvi*

Contundenda cauda vulpina contundas in mortario vitreo, ex iisque mixtis secundum artem, Balsamum conficias, eo quo diutius uteris, hoc diutius vives.

### III.

*Quando virgo elocanda?*

Incipit virgo secundum adducta per Tiraquellum *l. 6. connub. n. 52.* decimo octavo ætatis anno, plenis nubilis annis esse. Tunc

T

igitur

igitur incipiunt sibi dulcedinem operum  
Aphrodisiorum intimis cogitationibus suis  
prægusta sane non superficiali imaginari.  
Quo de sic prognosticantur Germani :

Welche viel Weiß in Augen ha-  
ben /

Und lauffen gern mit jungen  
Knaben /

Winkeln mit Augen / scherren mit  
Ziffen /

Werden unter Frauen Orden  
müssen.

De his loquitur Syrach c. 26. Wie ein  
Fußgenger / der dürstig ist / lechzet sie /  
und trinckt das nechste Wasser / das sie  
krieger / und setz sich wo sie einen Stock  
findet / und nimbt an / was ihr wer-  
den kan. Ideoque domi paternæ diutius re-  
tinendæ non censentur.

## IV.

*An major sit tentatio luxuriæ quam gula?*

Aff. Quia natura magis intendit conserva-  
tionem speciei, quam individui, cui indivi-  
duo providetur satisfaciendo gulæ, & aliis  
vitiis. Nec obstat, quod natura prius retinet  
necessaria ad nutritivam & augmentativam,  
quam

quam transmittat ad generativam quasi magis sollicita sit de individuo, quam de specie propaganda. Quia responsio est, imo è converso, scil. quod non aliter ageret individuum, ad conservandam speciem, nisi ipsum individuum consisteret: Ratio autem, quare magis virtuosi student castitati, est, quod castitas non amittitur sine mortali; possunt autem deficere à sobrietate per veniale, quod illa consistit in medio, quod est latum, ista scil. castitas est in extremo, quod est indivisibile.

## V.

*Utrum in continendo majorem pugnam sustineant virgines quam viduæ? Affirm.*

Illis n. concupiscentiam inflamat & experiundi desiderium, naturalis quædam necessitas, cui reluctari difficile est, nec enim possibile contra fervorem naturæ resistere, *Novell. 2. c. 3.* vel quædam quasi curiositatis impotentia, quæ etiam fit, ut homo libentius videat, quæ nunquam vidit, & etiam in illis concupiscentiam auget, existimatio majoris delectationis, quam fit secundum veritatem, & inconsideratio eorum incommodorum, quæ delectationi hujusmodi adjunguntur. Quamquam etiam dici possit, viduas majorem sustinere pugnam, propter delectationis memoriam: sed respondetur, in diversis unum alteri præjudicare, secundum hominum

num diversas dispositiones & varia accidentia, quia quidam magis moventur hoc, quidam magis alio.

## VI.

*Num vidua potius quam virgo ducenda?*

Ferunt, quendam venisse ad Regem Davidem, & consuluisse eum, quid commodissimum ei videretur, an duceret virginem, an viduam, aut quæ duobus viris ante nupta fuisset? Hunc David ad filium Salomonem misit, qui tunc cum pueris aliis equitabat in arundine longa, & respondit:

Ein Virgo, wie du wilt / ein Vidua,  
wie sie wil / die zween Männer gehabt /  
hüte dich / mein Pferd schlegt dich.

Huc facit distichon illud:

*Quæsitus juvenis, viduam cur ducere nollet?*

*In qua quis periit, non bibo, dixit, aquam.*  
Et enim vero, quis fæces ab alio relictas sciens bibat? quis veterem libens fossam tergat? vel duplicem laborem suscipiat, alterius viri mores dedocendi addocendique suos? Quis denique antiquitatibus istis deletetur? Hinc fuit derisus Bulgarus à suis scholaribus, cum in nocte duxisset uxorem viduam, & mane inciperet profiteri, *l. rem non novam aggredimur* 14. C. de Judiciis. ut habetur in gl. in d. l. Et sane ut plurimum hæc conjugia vergunt in conjurgia, dam quo-



quotidie exprobrare vidua solet, & allegare prioris mariti bonitatem, dicendo: Ja mein Hans hats viel anders gemacht / O hette ich meinen frommen Nickel noch. Et sæpius ad Magistratum deferre maritum non erubescit, ut illa, quæ inter cæteras querelas sic quoque ad prætorem ait: Ja Heer Schultheiß / mein Mann ist ein solcher loser Mann / nichts kan ich ihm recht thun / wen ich ihm Morgends ein Suppe bring / sagt er / er schiesse mir drien / klaubt ihr nur das best heraus / Herr Schultheiß. Ecce, quis hæc talia devorare æquo animo queat? Relinquendos itaque hos libros veteres cum novis titulis, atque adeo virginem ducendam putamus, ut amabilescorum mores facilius docefacere possimus, die lassen sich fein biegen / wie Wendenruthen: cum e contrario veteranas istas difficillimum sit reformare, & ad suos mores formare, l. 37. ff. de ædilit. edict.

## VII.

*Num juvenis ab alio compressam retinere debeat? Neg.*

*Quia deceptis potius, quam decipientibus subveniendum, l. C. primo §. sed ita demum*

*mum ff. ad SCtum Vellejan.* Quis enim æs pro auro emat? Quis clavem recentem in sera ab alio jam fracta perdere velit? Expediit sane Reipublicæ, ne quis re sua male utatur §. 2. *Inst. de his, qui sui vel al. jur. sunt.* Cavendum tamen hic, ne statim suspectam faciamus illam, cum qua quis fuit, vel colludendi, vel honeste officii faciendi gratia l. 15. §. 23. *ff. de injur.* Neve cum imperito vulgo statim compressam dicamus, quæ liberiuscule forte cum aliquo caput collimavit, siquidem Jurisconsultus non attendit de eo, quod bis terve fit, sed quod plerumque, l. 5. & 6. *ff. de leg. l. 43. §. 2. ff. de ritu nupt.*

## VIII.

*An sit ducenda pulchra?*

Negantes hoc potissimum utuntur argumento, quod, *Lis sit cum forma magna pudicitie*: Ideoque si pulchram quis ducat, ignoret an pudica sit, & an talis sit mansura? Resp. esse illud accidens, quod non tollat rei essentiam. Deinde suademus, ut quis illam ducat, pro non virgine, quam si virginem postea invenerit, hoc omne lucro apponet. Ne autem postea communis fiat, recipe de capillis ejus, & pulverem ex illis tibi super veretrum melle inunctum sparge, & sic cum ea congregere, tunc non cum alio coire nequibit, teste Alberto Magno.

gno. Aliter objiciunt, pulchritudinem non esse de pane lucrando, nec de ea edi posse,

Resp. Ob man schon nicht von den Schönen isset / so reibt man sich doch

gern dran / quod fit magna cum vvolu-

state. Pulchras itaque ducendas esse con-

cludimus. Hæ enim asserente Cicerone,

senectutem alunt, adolescentiam oblectant,

secundas res ornant, in adversis solatium

præbent, delectant domi, non impediunt

foris, pernoctant nobiscum, &c.

## IX.

*Num senex decrepitus juvenulam ducere  
debeat? Neg.*

Quia incommoda est ei, nec gubernacu-

culo, instar navis, regi, aut anchoris deti-

neri potest, sed abruptis sæpè funibus de

nocte alium portum, in quo navim suam

substituatur, quærit. Licet etiam quandoque

bonus ille vir faciat, quasi vellet, tamen hoc

sufficit, multo minus contenta erit illo cu-

jusdam senecionis facto, de quo Poëta:

*Uxoris cubito cubitum conjungit Alanus,*

*Et solet hanc dulcem dicere concubitum,*

*Namque satis fieri re cupit illa sibi.*

His vacantibus mulieribus, ut vocantur, l. 5.

ff. ad l. Jul. de vi publ. Lacedæmonii pecu-

liari lege consulebant, qua emortuus ille

Achilles, delectum aliquem juvenem (qui exinde à juvando nonnullis dictus videtur) salvis adhuc vasis instructum, plenisque probatæ monetæ loculis peculiatum Reip. propagandæ, ac suscipiendæ prolis ergo admittere cogebatur. Nec n. interest, quis debita solvat, utrum ipse, qui debet, an alius pro eo, *in pr. Inst. quib. mod. tollit. obligat.*

## X.

*Cur bis quinque viri non sufficiant mulieri, cum totidem Gallus gallinis sufficit unus?*  
Resp.

Distinguendo inter cunnum rationalem & irrationalem, hic enim naturali tantum appetitu ducitur, qui necessariis acquiescit, & semel concepto semine masculino satiatus est, donec illud de se reddiderit. Ille vero deliciarum memor, non una vice recepto semine contentus est, sed defectum suum intelligens, resarcire quotidie cupit. Ad quod eo melius sustinendum præ bestiis aliam vasorum sperma ejaculantium conformationem adeptus est, ut scilicet bifurcata, una parte ad fundum, altera ad uteri cervicem in gravidis profundere semen posset, quod etiam scivit Populia Marci Rom. filia, quæ miranti cuidam, quapropter Bestiæ nunquam marem desiderarent, nisi tum, cum prægnantes fieri vellent? Dixit: Bestiæ enim sunt:

sunt: Sie verstehen das fikeliche Recht der superfœtation nicht / als wie das mit Verstand begabte Weibliche Geschlecht.

XI.

*Quæritur, si quis imprudens balneas virginum fuerit ingressus, an pro multa ipsi exemplo Actæonis bina imponi cornua debeant?*

Resp. Quia iusta erroris excusatione delictum involuntarium deprecari reus sufficere debet Dianis illis, si unum misero huic cornu erigatur, saltem ut postmodum Kautzius sit. *l. re conjunctis §. nisi suspecta collusio. ff. de ventre inspiciendo.*

XII.

Admodum observatu dignæ hæ tres regulæ, quæ habentur in practicali Grammatica, hanc nostram Disputationem concludent, quarum prima est:

- I. *Omnia matrimonia, vel esse fatalia, vel fatualia.*
- II. *Continet conditiones fœminei sexus, quam propter juniores Germanicè ponemus.*

Lang und frisch / klein und  
 plârrisch /  
 Fett und frölich / bleich und  
 herrisch /  
 Braun und stolz / schön und  
 nârrisch /  
 Mager und trawrig / roth und  
 mürrisch.

III. Sic habet : Nomina in IX plerunque  
 esse generis communis ; ut Meretrix , bella-  
 trix , lotrix , netrix , nutrix , obstetrix , famulatrix , bella-  
 coctrix , ornatric , sarcinatrix , tetric , bal-  
 neatrix , portatrix , pistrix , saltatrix , divina-  
 trix , conjectrix , comtric , debitrrix , credi-  
 trix , donatrix , fucatrix , ambulatrix , mer-  
 catric , adfetric , affectatrix , palpatric , præ-  
 ceptrix , potatrix. Excipe meam ELSU-  
 LAM , quæ semper & principium mihi ,  
 & jam

FLOIA

F L O I A

CORTUM VERSICALE

D E

FLOIS SWARTIBUS,

Illis Deiriculis, quæ omnes fere Min-  
fshos Mannos, Weibras, Jungfras, &c.  
behüppere & spiezibus Schnaflisfec-  
kere & bitere solent.

*Autore*

GRIPHOLDO KNICKKNAKIO

ex Floilandia.

Cortum Versicale de Flois.

**A** Ngla flôosque canam, qui wassunt  
pulvere swarto.

Ex Wateroque simul fleitenti, & bla-  
side dicko,

Multipedes deiri, qui possunt huppere longè

Non aliter, quam si floglos natura dedisset,

Illis sunt equidem, sunt, inquam, corpora kleina.

Sed mille erregunt menschis martrasque, plagasque

Cum steckunt snaflum in livum, blautumque ru-  
bentem

Exsugunt: Homines sic, sic vexeirere possunt,

Et quæ tandem illis pro tanta lonia restant,

T. 6

*Vexe-*

Vexeritate, & quem nemant per vulnera, dodum  
 Sunt variae plagæ, quibus ob sua Sûnda, suamque  
 Ob mutmillitiam strafit Menrosque Frauasque  
 Ipse Deus, cœlum & sternas, qui fecit & Erdam,  
 Hunc steckit slangus, lopit Dulhundus in illum,  
 Et bitit in livum, ut cogatur fundere Geistum,  
 Ast alium Wolffus fretit berusque toritit,  
 Hic heffit multos lusos, & tempera nullo  
 Fredam heffit, lopunt per Kleidros, valdeque  
 bitunt.

Ast reliquos inter deiros non bostior ulla est,  
 Nec magis anfechtit minschos, illisque molestat  
 Erregit plagas, quam swartia turba floorum.  
 Non illis satis est sinistri sub tempore nachti  
 Steckêre, & seuto meudos upweckere slapo:  
 Sed quoque sub dago perkrupunt undique kleidros,  
 Nunc huc nunc illuc huppentes scarpibus atque  
 Bitentes schnastis, sic ut de lifice blautus  
 Sæpe fluat, pleckique rubri cernantur in huto,  
 Glosite quæso mihi, mihi glosite quæso sodales,  
 Sæpius expertus credo hoc, cum Wolklibus altis  
 Deleuchtunt Sternæ, schinit Mane undique lechte,  
 Et vadent slapum volbringere tempora sinistra,  
 Solum verhindrunt tardum suvara agmina slapum,  
 Nunc heffunt lustum per Wickum springere Bed-  
 dum.

Nunc vero upstigunt Beinos, Beinisque relictis  
 In medio sittunt livo propè nablia runda,  
 Nunc quoque per Borden tripunt, dant custis  
 mundo,



Custia-



Custiaquæ smertant , ogos nasosque bekickunt  
Deinde juvat rursus warmum sub krupere Bed-  
dum.

Et schuldros , armosque handosque invisere ,  
quicquid.

Sape etiam wandrunt infra , ruckumque besen-  
kunt ,

Et rundos lendos driventes undique lustum.

Sicut quando etiam wandrit Mordorus in Holto ,  
Non tantum wandrit longum verdrivere tempus ,  
Sed schlagit , steckit , warpit , donditque subinde ,  
Si qui begegunt Ludi , qui Beutlia plena  
Geldo heffunt , Kleidrosque bonos in corpore  
dragunt

Sic quod nigrorum damanda caterva floorum ;  
Non tantum in Beddo krupit , Kleidrosque be-  
kickit ,

Ob longam quoniam , sed quandoque cernit in esse  
Kleideribus blautum , & schonum quoque merc-  
kita thurum

Esse nec ob dictum veluti morderus adhuppit ,  
Uthsteckit schnaflum , sub quo sunt anglia scarpa  
Anglia sanguinem deipe quæ stickit in hutum ,  
Ut sugit blautum , nescitque uphorere , donec  
Livum cum blaso swartum bene fulluit intra ,  
Nec sugit tantum , verwundit & undique livum ,  
Ut schlangus steckit , furiosus bittit ut hundus .  
Et post se multos pleekos , mahl s que relinquit  
Rotigenos , Sclapens bec quando feulit , in hogum ,  
Cum livuo sese Werpit , Weg stotit & handis

Deckbeddum, scurit negligis, schadumque beseudit,  
 Sed quando mortram gledro vertrisit ab uno,  
 Mox flous ex flundo bhendus weghuppit, &  
 altum

Dat wundum, si nec fleddo quoque tutus in illo est,  
 Rursum alio springit, proque una vulnere steckit  
 Plurima, ut ille semel qui schlapo upwakuit alto,  
 Non iterum possit meudos thoschlutere ocellos,  
 Se Waltrit misere ruckit, flankitque, Kifitque,  
 Insequiturque floos, soletque in corpore, verum  
 Gripere cum tentat, blotum sibi gripit in hutum,  
 Sape igitur totos sine schlapo ducere nachtos  
 Cogitur, & multas lidit martrasque Plagasque  
 Nec saltem hæc fiunt beddo cum ligimus alto,  
 Sed quoque cum lesumus, cum scrivimus, & imo,  
 Bedere cum volumus bene plagitur undique corpus.  
 Præcipuè beinos intra, tenerisque sub armis  
 Summis in krugiis hic, hic sunt regna floorum,  
 Hic kreflunt, steckunt, bitunt, kitzluntque  
 subinde, ut

Patere non possis, cum schuras negligibus hutum,  
 Et quod verwundrunt omnes, non ullus in Erda  
 Lebit deiriculus, nonnullus in aëre schwebit,  
 Qui tam magnanimus, tam sit quoque kenus, ut  
 unus

Exiguusque flous non furchtitat ille potentes  
 Kerlos: non Pabstikrona verschrickit ab ipsa,  
 Bokum perkrupit sanctum lopitque behende:  
 Donec beroret blotum cum schnafside livum,  
 Cogit ut huic Pabstus slotos crutzumque sacratum  
 Wer-

Werpere de manibus, deirumque fugare bitentem.  
 Non furchtit Keyfros, non Reges, non Patriarchas  
 Non Cardinales, heudos qui margine breido  
 Dragunt in Koppis, verum nihil achtit hic heudos  
 Nec stafos goldo decoratos, steckit in hutum  
 Haudus ut ex koppo, fallatque ex bandile stafus,  
 Nec flous an Doctör sit fragit sitve Magister,  
 Ille vel ad backum vel se bene settit ad halsum  
 Adque anglum scarpum, per dummum drucitat  
 hutum,

Ut fedrum dextra leva smitatque papyrum  
 Ipse Ego dum schribo hac, possum non heffere  
 fredam.

Pumphosios nunc upmako & sento undique floos,  
 Nunc hosenbendros uploso, & nadia circum  
 Kiko, & non finde, mox quando rursus ad ipsos  
 Me seddo beutros, prob quam tunc plagere primum  
 Incipiunt: saepe upspringo, propterque dolores  
 In stuba circumdantzo, tifoque sed illi  
 (O bösi deiri) nihil hac scheltwordia curant,  
 Sed quia libendum est aliquid, libo illa sed absque  
 Murmure non lido, nec eos weg springere lato,  
 Cum krigo, mestum nemo weg schnidoque Koppum  
 Anne floo quisquam est in toto audacior orbe,  
 Non lopit quando drosceri steglide Kornum  
 Uthschlagunt, plagunt, ut vix arbeirere possint.  
 O kleinum deirum, tu non armensia spornis,  
 Agmina, Schweinherdos, Scapios, Wechtrof-  
 que tudentes.

Betlerosque armos misere per strata schreientes

Visere

Visere non dubitas, Schelmos Deifosque besokis,  
 Cumque illis vitam latis cruce, ac sarlicte rado  
 O te felicem floe si vortelia nosses,  
 Inque rauchis beltzis tantum stoltisque woneres  
 Kleidris, in warmis hosis, sic tutior esses,  
 Quam si bedleros miseros miserasque besokis.  
 Nunc ut ad Wisfras veniam Jungfrasque behendas.  
 Quaedam bereuram quando non omnia possum.  
 Flogia turba hominum generi non syndior ulla est  
 Quam Wisfris: Wisfrae stridunt noctesque diesque,  
 Deiros cum swartis, teinunt in krigia dira  
 Ut saepe blautosittant: schrekibile visu,  
 Sed multa reliquas vincunt schelmstuckibus argis  
 Amplius & didicere olim quam fretere brotum,  
 Haec quando ex doro lepunt sub tempore fasti,  
 Atque coxantes peddenu horunt ex fontibus utros.  
 Quos non audivere prius, tunc se, Crutzere  
 dextra,  
 Incipiunt, swartosque floos beschwerere mortis  
 Ut nito lopere, springere trupere turba nigella  
 Cogatur Stubis Kamris Bedisque salisque.  
 Qui tantum wortis vinci potuere sed ita,  
 Dum sunt Deslo Dustus wegtrifit, & omnem,  
 Ex huso pulicem. Sunt deinde ex jungfride turba  
 Quae bittrum kakunt drancum de flore lupini  
 Perque omnes Kamrae wincklos non spargere  
 cessant,  
 Donec mane flous pereat qui liggit in Erda  
 Ast reliqui lopunt per agros, haluntque virentem  
 Herbam, qua pulicem cepit pulicaria nomen.

Quam

Quam quando Sonus nondum de wolckibus altis  
Schinit, per Kamras spargunt, tunc nigra ca-  
terva

Institit gruno folio, atque exsugit acerbum  
Saffum, ut non valeat rursus verlatere blatum.  
Tunc nemit besmum virgo wegkerit & herbam  
Atque floum simul uthkerit, dreckoque bedeckit.  
Quid memorem? Cordus dictissimus ille poëta  
Nos exorcizare docet nigra agmina versu?  
Hic etenim schrifit septeno carmina libro:  
Nec te nocturni pulicesque fatigent,  
Hunc exorcismum candide lector habe:  
Mansula, corrios budiogosma tarantula calpe,  
Rhymula dinari galba caduna trepunt  
Hos novies lectum scansurus concine versus  
Tresque mori calices ebibo quaque vice.  
Quis dubitet verum nobis cecinisse Poëtam?  
O vos felices Wisfras si talia vobis  
Nota essent cunctis, non vel flous unus in Huso  
Bliferet: wordis, aut drancko, aut frutice bittrö  
Schwartes deiriculos stundo doderetis in uno.  
Sed quid de rickis dicam, splendente potentes  
Auro, saepe floum vidi sibi krustere grotum  
Et seu captivum helben si in schludere goldo,  
Ut tantum upgesat tenebroso in carcere geistum  
Quid vero Wisfræ quæ non didicere volantes  
Arte floos kleidris, ipsisque uthdrifere beddis,  
Hæ saepe erregunt cum deiris, krigia grotä,  
Nunc kragitum uploprunt, & evehunt titia cir-  
cum

Nunc

Nunc angunt magis & wisunt sua ruckia blota  
 Ut fengant schlagantque floos, nunc scurere  
 lendos

Incipiunt, handos subflectunt scortisque beinisque,  
 Quid seggam? sepe & foccos detrectere sutis  
 Vidi illas roikumque updeckere & undique foccos  
 Nunc huc nunc illuc bescukere, strickere sentos,  
 Namque sciunt Wisfræ, quod gerne in foccine  
 wonant

Nec quando in Wullam semel incescere rugosam  
 Hinc possunt secili rursus wegspringere, jamcum  
 Affertur foccus, Deus ô bone quanta floorum  
 Azmina mitbrenzit, veluti si semine swarto  
 Esset conspersus totus. Tunc bella videres,  
 Tunc angstum magnum drisit captiva floorum  
 Turba, atque arbeitet toto cum corpore, snasum,  
 Utreckit, beinos ad saltos settit adholtit  
 Wulla vel eludit, tunc fengunt ordine Wisfræ  
 Nigrantes schelmos, & tollunt banckio in hardo  
 In discumve, hic hi mordunt, handisque tre-  
 mendis

Invahiunt settunt niglos in corpora swarta,  
 Et gnisk gnackspelunt, ut circum blautus in  
 Erda

Fleitat, nec prius uphorunt, nisi tota caterva  
 Tradita sit Dodo. Tunc legunt agmina tanta,  
 Utam qui latuere suam, ut wegrapere posses  
 Handis, sed besmo wegkerunt, sepeque fallunt  
 Ingentem moldum, schudeluntve & flumine  
 mergunt,

Quid

Quid memorem jungfras, megdasque, scho-  
nuntne vigillis

Deirculis? schenkunt vitam? non schenkere  
fas est,

Ajunt, Nam quando debent hæc spinnere Woc-  
kum,

Vel quando Holnadium scarpis uthnehere nadlis  
Sittunt, nulla illis Freda est, sit swartus in buto,  
Huto molliculo floos & se sanguine meke  
Fullit repletus per kleidros springit & huppit,  
Vexeritque adeo, aut Jungfræ seque absque pu-  
dore

Uprapunt sese & Beinos, Bauchumque belickant,  
Et scurant, donec paulum Wehtagia cedunt,  
Sape etiam Cragium upmakunt & Titia rando  
Defendunt, arcentque floos ne snastide ledant,  
Et blutum uthsugant. Namque hic embehrere  
multum

Non possunt. Eadem Megdæ faciunt, & ad unum.  
Si fieri posset, vermos ad tartara nigros  
Projicerent. Vidi quasdam, non lego Gasellas,  
Si quando vaccas herdo nachdrifere vellent,  
Solo himbdo induta poterant non heffere fredam  
Nunc bando in ruckum sulebant nunc sua neglis  
Tittia crantzebant, nunc lendos, nunc Kni-  
giosque.

Nec scio quid reliquum schurebant torve tuen-  
tes.

Hæc ideo vobis ô fratres scicko fideles  
Sape ut denckatis, gutumque leschatis amicum,

Et

Et quoties bitunt vos nigri schnaflide deiri,  
 Et quoties handis vestris ingripitis hosos,  
 Fengere nempe floos, tales effundite wortos:  
 Tam floos, Hamburga quem schickunt urbe po-  
 litus

Oldus Bekandus, blodum me steckit in hudum,  
 Scilicet ut denckamque sui, denckamque joco-  
 rum

Pufforumque simul. Denckam ergo, cedito rursus  
 Parve floe & nostrum misere quoque plage Be-  
 kantum

Frundum; ut sit memor & nullis vergetiat  
 annis

Nostri, sic durat Frundschoppia. Num is &  
 uthe.

F I N I S.





ba





GS  
O  
709527